

- ad iuriam non inducitur assensio ex natura ipsius Indulti quoniam reuera nulla aderat de iure reservata sed præsujmitur concessa ad cautelam, & Datarie sibi.*
- 5 *Non excoienti casu, & conditione, sub qua Pontifex voluit in Indulto Beneficium vacare, sibi que reservatum remanere, non dicitur adhuc effectum Sedi Apostolicæ.*
- 6 *Ex natura Coadiutorie reservatio, seu facultas solum intelligitur indulta, vel concessa ad illius litteram, & tenorem, qui tantum inspicit debet.*
- 7 *Ex Concordatis Germaniæ habetur quod Nicolaus V. promittit, quod in sex mensibus Ordinario Collatori reservat, non impedit collationes per gratias expectativas, & quæcumque alias dispositiones ab ipso Pontifice emanatas.*
- 8 *Gratia Coadiutorie nihil habet de præterito, sed totum vim recipit a futuro, & consequenter habetur pro mera expectativa.*
- 9 *Expectativa nullam inducit reservationem ex concordata Germaniæ.*
- 10 *Solummodo reservatio inducitur quoties Papa expresse deroget præfatis concordatis, vel Coadiutus moritur in mense Apostolico.*
- 11 *Vacatio Beneficiorum per assumptionem ad Episcopatum eo solo casu inducitur, quoties Beneficium retinens actu sit Episcopus.*
- 12 *Coadiutor Episcopi non dicitur actu jurisdictionem habere Episcopalem.*
- 13 *Coadiutores nullum habent jus in re; sed duntaxat in spe, & ad rem.*
- 14 *Etiamque jus incipit post decessum Coadiuti.*
- 15 *Coadiutoria nullam incompatibilitatem importat, quoties ex litterarum tenore nullum impostum legatur omnis residendi.*
- 16 *In Ecclesiis Germaniæ, ut plurimum Magnates, & aliquando in ætate inhabili ad munia Episcopalia exercentia in Coadiutores eliguntur, ex effectum præventivè occurrendi periculum, quæ ex Ecclesiarum vacatione & novi Antistitis electione non infrequenter obveniunt.*
- 17 *Ex electione Suffraganei oritur probatio nullam ex Coadiutoria ortam fuisse residendi obligationem.*
- 18 *Incompatibilitas retentionis Beneficiorum causatur tantummodo post sanctam successorem in Episcopatu.*
- 19 *Declaratur Barbol. vor. 28. lib. 1.*
- 20 *Clausula (dummodo collatio ad nos hac vice pertinet) qualificat totam Gratiam, illamque reddit conditionatam, & demonstrat Papam non voluisse providere, nisi Beneficium esset verè et reservatum.*
- 21 *Prædicta clausula non refertur ad aliam generalem; sive alio quovis modo vacet, ubi non constat de clara intentione Papæ conferre volentis, non obstantibus Indultis.*
- 22 *Ad reddendam subreptitiam, & inæquabilem gratiam sufficit quod retentum sit id, quod diffidit redderet Papam ad Gratie concessionem.*

DECISIO XIX.

Obtinuerat à S. M. Alexand. VIII. prævio S. Congregationis Consistorialis voto Comes de Lozenstein se deputari in Coadiutorem Olomucentis Episcopo cum futura successione, ac facultate retinendi Beneficia, & signanter Canonicatum in Cathedrali Ecclesia, qui vacare debuisset, & per Sedem Apostolicam tantum disponi facto successioni loco. Cunque postmodum adhuc Coadiutoria durante præcedere confisset de mense Junii 1692. Ordinario Collatori antedictum Canonicatum d. modo vacantem contulit Francisco Joan. Zastizili, & è contra eundem, tamquam Sanctæ Sedi reservatum, impetravit à Jandicis D. N. Henricus de Mawerwaldt, exorta proinde judiciali contentione inter hujusmodi Provistos, A. C. Litteras Apostolicas Henrici esse exequentias pronunciavit; sed vigore rescripti Signaturæ Justitiæ devoluta causa ad Rotam, cum clausula *Parito litteris arbitrio*, eaque commissa Reverendissimo Manuel, sub die 4. Decemb. elapsi resolutum fuit non intrare arbitrium pro retardatione, ad verius quam obtena nova audientia, cum hodie resolutio

revoceetur ad trutinam coram me subrogato in locum Reverendissimi Collegæ, hoc interim ad prælatum Zamoren. meritissimè evechi, sub consueto dubio, *An sit standum, vel recedendum à decisio*, Domini accurate perpensis exemplari articulo, & attentis facti, atque Juris animadversionibus de novo deductis recedere à decisio non hæsitarunt, autantes intrare arbitrium pro retardatione executionis dd. litterarum ob injusitiam sententiæ A. C. (prætermisita nullitate inspectione). Nam scituri Jus mandat litteras Apostolicas exequi quoties justificatæ apparent, ita non dispari ratione talis rigor remittitur, quando sententia pro eandem executione lata emergit injusta, nam tunc exequi de jure non potest, etiam siante d. clausula *Arbitrio* juxta notata per Gonzal. ad reg. 8. *Can. cell. gloss. 9. §. 1. n. 286. Rot. coram Bibh. dec. 186. num. 2. & in rec. dec. 148. n. 2. cum segg. par. 19.*

Injustitia siquidem relata sententiæ A. C. indubie remanisset ex eo, quod controverfus Canonicatus vacare contigit de mense Junii Ordinario Collatori reservato per concordata Germaniæ, ut expresse sancitur in constitutione r. Nicolai V. desuper edita, de qua etiam penes Nicolaus ad eadem Concordata super initio §. 5. ut proinde ad ipsum pertineret illius Providio, non autem abique speciali derogatione impetrari poterat à Sede Apostolica, minime sufficiens superposita eidem Sedi reservatione, sub qua se fundat impetrans gratia, ac contraria decisio, cum nullo modo probata exitit, & quidem plenè, & concludenter, prout omnis erat lex in ea fundatis ex traditis per Loter. de re benef. lib. 3. *quest. 11. numer. 69. & sequentibus. Rot. de re benef. lib. 3. quest. 11. numer. 4. par. 19. & coram Bibh. dec. 221. in recent. dec. 274. num. 4. par. 19. & coram Bibh. dec. 221. num. 17. cum segg. & dec. 244. num. 1. indubitanter*, quia gratia non emanavit motu proprio, sed ad supplicationem Paris, quo casu expresse reservationi, & auctoritatibus in ea emissis non tollit, nec allatenus minuit præciam necessitatem hujusmodi probationis. *Cardin. Vernalis de Benef. disc. 20. num. 8. Rota coram Bibh. d. dec. 244. nu. 6. & coram Pamplib. dec. 705. num. 3. & coram Coccin. dec. 1114. num. 13.*

Tantum autem abest, ut probata dici possit præsupposita reservatio, quod potius de contrario consistit; licet enim in Consistoriali Cedula, ac in præcedenti decreto concessa Coadiutori legatur facultas Canonicatum hujusmodi retinendi, non exinde tantum affectio fuit indulta ex natura illius indulti, quoties revera, ut in hypothesi, nulla aderat de jure reservatio, nec ratione incompatibilitatis, neque alterius impedimenti, ut infra, nam tunc vel concessum præsujmatur ad cautelam, & Datarie sibi, vel utpote facta causa emanatum ceteri non debet Papam lædere voluisse Ordinarium collatorem, ut arguit Gonz. ad reg. 8. *gloss. 32. num. 45. cum segg. Rot. in rec. dec. 370. n. 8. par. & post Novar. ad Sum. Bullar. dec. 30. num. 23. & coram Bibh. d. dec. 244. num. 6. Præsertim, quia ex littera ipsius Indulti lex facultatis retinendi, omnis vis, atque efficacia reservationis restringitur solummodo ad casum sequente successione in Episcopatu, ibi necnon Canonicatus Olomucentis durante Coadiutoria, qui factio loco successioni vacet eo ipso, ita ut de illo per Sedem Apostolicam tantum disponi possit; quæ verba nullo modo sunt apta comprehendere tempus ante sequentem d. successione, & per consequens Coadiutoria durante, cum tunc non eveniret casus, & conditio, sub qua Pontifex voluit Canonicatum vacare, sibi que reservatum remanere, *Garz. de Benef. par. 4. cap. 5. num. 123. post modum. Tondut. qu. benef. par. 2. cap. 1. §. 17. num. 23. Pax Jordan. elucubr. Eccl. tom. 2. lib. 10. tit. 2. nu. 37. Murg. de benef. quest. 3. nu. 357. Rot. coram Burati. dec. 78. num. 3. & coram Priol. dec. 284. n. 8. & dec. 301. n. 10. Non attenda responzione contrariæ decisionis §. *minusque effecti*, quod Summus Pontifex per hujusmodi dispositionem exprimeret voluerit casum magis contingibilem, non autem ceteras reservationes exinde excludere, tum quia, ut infra ostendetur, nulla alia præterendi poterat reservatio, tum etiam quia dispositio remansisset superflua tali modo restricta; nam si fa. me. Alexand. VIII. voluisset indefinitè reservationem inducere, non restrinxisset tempus sequente successione; tum demum, quia ea est Coadiutorie natura, ut reservatio, sui facultas solum intelligatur indulta vel concessa ad illius litteram & tenorem, qui exinde tantum inspicit debet, ut animadvertunt Marchabrun. *conf. 18. num. 100. Giovagn. conf. 88. num. 15. & 22. lib. 1. Spada conf. 51. n. 1. lib. 3. Zach.***

Zach. de saliv. quest. 62. nu. 10. Pech. de Aqueduct. lib. 1. cap. 7. nu. 10. nu. 39. Monet. de distrib. part. 2. qu. 1. nu. 35. Gonz. reg. 8. gl. 5. §. 9. nu. 94. Leo in Theaur. for. Eccl. par. 2. cap. 4. nu. 64.

Quod autem de jure nulla subest reservatio, seu affectio d. Canonicatus Coadiutoria durante evidenter emicat in hac facti specie, sive reservatio dedicatur ex supposita promotione ad Episcopatum per antedictam Coadiutoriam siue ex prætena affectione Beneficii, seu officii incompatibilis ad terminos *Text. in Extravag. Execrabilis, & in alia ad Regimen inter communes de præben. in 6. super quibus principaliter se fundat contraria decisio*, suffulata etiam auctoritate Barbol. *in vot. can. 28. per tot. tom. 1. Etenim, ultra generalem responzione, quæ placuit Dominis*, quod ad d. sanctiones non fuerunt prout jacent admittæ per Nicolaum V. in eius Constitutione i. super Concordatis Germaniæ, sed cum aliquanti modificatione in hac materia, ut ut *in ejus §. 2. & 4.* ubi inter cætera, promittit Pontifex, quod in sex mensibus Ordinario Collatori reservatis, non impedit Collationes per gratias expectativas, & quantumque alias dispositiones ab ipso Pontifice emanatas, ut ibidem expresse legitur, & observat Rota coram Cassader. *dec. unica de pactis cor. Mohedan. dec. 10. de privileg. & coram Putea dec. 108. & 648. lib. 2. & 25. lib. 3. utrobique, per tot. & in Leodien. Canonicatus 26. Junii 1606. §. Ratio est coram Marcocomio impressa penes Nicol. ad Concordata Germaniæ tit. 1. dub. 8. §. 7. & in alia inferiori subneventis.*

Ut proinde hujusmodi modificatione retenta, nullum reservationis fundamentum consistit post in ipsa Coadiutorie gratia, quæ cum nihilo habeat de præterito, sed totam vim recipiat a futuro, nempe à vacatione Beneficii per decessum Coadiuti, habetur pro mere expectativa, quæ in vigore relatorum Concordatorum, ac desuper emanate constitutionis Nicolai V. nullam inducere valet reservationem, ut ultra modo relatas resolutiones firmant Nicol. *ubi supra §. 8.* ubi quæ plures alias adducit, ac decreta, & declarationes Pontificas, & eadem Rota coram Burati. *dec. 36. num. 12. & coram Merlin. dec. 768. num. 16.* Et tunc solum in hoc casu reservatio inducitur quoties Papa expresse derogat præfatis Concordatis, & Coadiutus moritur in Mense Apostolico, ut adnotat Fagnan. in c. nulle num. 77. *de concess. præben. Gonzal. ad dist. reg. 8. Can. cell. gloss. 3. §. 9. n. 1. & 12. Paris. de resignat. lib. 6. qu. 5. n. 70. & segg. Coccher. ad reg. Cancell. n. 22. & reg. 8. gloss. 2. n. 7. & 23. Branden. ad Concord. German. qu. 11. nu. 2. Nicol. supra ejusdem tit. 1. dub. 8. §. 6. cum segg. Simonet. de reservat. qu. 1. nu. 5. Monet. de option. cap. 4. qu. 8. nu. 171.*

In proposito, speciales nec minus desunt rationes hujusmodi reservationem excludentes, & quidem respectu d. primi capitis deducti ex supposita promotione ad Episcopatum; nam talis considerari non potest in Coadiutore, tam attenta dispositione præcitatæ constitutionis Nicolai V. §. 2. ad fin. tantum sibi locum vindicantis in verè promotione, & acquirentis titulum, & Jurisdictionem Episcopalem, ita ut actu sit Episcopus, quam etiam de jure, quo talis non dicitur Coadiutor, dum alias eodem tempore duo essent Episcopi, duoque capita unius Ecclesiæ, quod jura abhorrent ut advertunt Mean. *ad Jus Leodien. observ. 277. nu. 3. & 14. Adde. ad Quarant. in Summ. Bull. verb. V. Archiepiscopi auctoritas nu. 12. in fin. litt. A. & B. Anton. Fabr. Bleyman. in theor. & pract. benef. lib. 2. tit. 8. n. 19. Campan. de rescrip. Jur. Canon. rub. 7. cap. 6. n. 107. Barb. de jur. univers. lib. 3. par. 3. cap. 194. num. 1. segg. Quod generaliter etiam præscriptum videmus in quibuscumque aliis Beneficiis, in quibus Coadiutores nullum habent Jus in re, sed duntaxat in spe, & ad rem, *Elcobar. de bori. Canonici p. 3. §. 5. sub num. 20. Trullenc. in expos. Decalogi lib. 1. cap. 7. dub. 12. §. 3. sub num. 10. Masfob. de Synod. 4. cap. 4. dub. 45. num. 4. Pech. de aqueduct. lib. 1. cap. 7. quest. 10. Leon. in prax. pœnitent. part. 3. pag. 401. col. 1. vers. secundo colligitur, Barbastrén. in Pastoral. Regular. par. 1. cl. 4. nu. 22. Adeo ut solum Jus habere incipiant post decessum Coadiuti Barbol. de Canon. & dignit. cap. 29. nu. 6. Rota coram Mar. And. dec. 102. nu. 9. & in rec. dec. 648. nu. 4. part. 3. & coram Merlin. dec. 746. nu. 13.**

Pariter secundum caput reservationis desumptum ex allegata incompatibilitate Coadiutorie cum Canonicatu, de quo agitur præcedenter asseruato, neque minus sub-

sistentiam habet in Jure; Quidquid enim sit de regula Juris in abstracto, An Coadiutorie lex hanc incompatibilitatem importet, quæ apud majores nostros, quam valde fuit involuta ob differentes opiniones hinc inde relatas in contraria decisio §. 4. non obsat. & §. *Etenim*. Certum redditur in subjecta hypothesi, ut ex ipso Coadiutorie tenore talis incompatibilitas excludatur, dum in ea Summus Pontifex Coadiutori nullum imposuit residendi nomen per verba quidem præcisè obligatoria, sed potius ab illo tacite exemtit, dum voluit effectum futuræ successioneis, etiam si non intervisset, hoc enim casu cessante positivo præcepto residendi, quinimò concurrente virtuali exemptione, licet concessa fuerit exercitii facultas, nulla potest prætendi incompatibilitas indulta, ut bene docet Rot. in rec. dec. 276. nu. 3. & per tot. part. 1. & dec. 392. nu. 3. & 4. par. 3. rec. Fortius in hoc casu superaddita duplici circumstantia facti; altera quod agitur de Ecclesiis Germaniæ, in quibus, ut plurimum Magnates, & aliquando in ætate inhabili ad munia Episcopalia exercentia in Coadiutores eliguntur, & ex experientia nos edocet, ad hujusmodi Coadiutorias Episcopales deveniri solet, ad effectum præventivè occurrendi periculum, quæ in Ecclesiarum vacatione, & novi Antistitis electione non infrequenter obveniunt, ut ponderat Cardin. de Luc. de regul. disc. 53. in princip. Mean. ad consuetud. Leodien. tom. 3. observat. 277. sub nu. 13. Et altera quod de tempore concessæ hujusmodi Coadiutorie pro Ecclesia Olomucenti à multo tempore deputatus reperiebatur in Suffraganeo Episcopo Nicolopolitanus, unde profus cessabat quælibet causa residendi, prout etiam exitus demonstravit, nam à biennio circiter, quo prædecessit Coadiutor insistentium non fuit pro electione alterius, ex quibus palam fit tunc non fuisse residendi obligationem, Remonc. de Coadiutoris c. 13. n. 7. & 8.

Et hinc nihil profitur Provisio Apostolica allegare incompatibilitatem inductam ex d. gratia retentionis, quia ut didicimus fuit, præsumi debet ad cautelam, & ex sibi Datarie apposta circa aliquam necessitatem, dum Coadiutor dimittitur non tenebatur controversum Canonicatum, nisi post sequentem successorem in Episcopatu, quæ solum in incompatibilitatem caulabat, *Garz. de Benef. par. 4. cap. 5. n. 123. Tondut. quest. Benef. lib. 1. p. 2. cap. 1. §. 13. nu. 33.* non advertebat Barbol. in d. vot. Canon. 28. lib. 1. in contraria decisione relato, tum quia non loquitur in terminis Concordatorum Germaniæ, ex quibus Coadiutoria diversam à communi speciem constituit in reservationis materia ex prænotatis, tum etiam quia ex defectu oneris residendi, & ex illius exemptione cessat prætena incompatibilitas, in qua d. Auctor principale ejus voti fundamentum consistit.

Quibus præhabitis nec turbat, quod expositus fuerit Sanctissimo D. N. prædecessis Coadiutoris ante successione in Episcopatu, & nihilominus hunc Canonicatum conferre voluerit, ex qua narrativa subsistentiam gratiæ elicit contraria decisio sub §. *fn.* animadvertitur namque fuit in litteris provisionis hujusmodi reperi opostium clausula *Dummodo Collatio ad nos hac vice pertinet*, quæ qualificat totam gratiam, illamque reddit conditionatam, & ponit in claris mentem Papæ non voluisse providere, nisi Canonicatus sit et reservatus, & collatio ad ipsum pertineat, ut in terminis istius clausule ponderat *Rota de exequo. litter. Apostol. par. 1. cap. 4. num. 8. cum segg. & cap. 6. nu. 4. & 65. Rota coram Gregor. dec. 314. nu. 3. & coram Card. Cerro dec. 903. num. 2. & in recent. dec. 777. nu. 6. par. 2. & dec. 5. num. 27. cum segg. par. 10. & dec. 224. nu. 11. par. 12.* Non subsistente responzione quod hujusmodi clausula inferatur ad aliam generalem præcedentem, *sive alio quovis modo vacet*, ex auctoritatibus in contraria decisione allegatis, nam in eorum casu constabat de clara intentione Papæ conferre volentis non obstantibus indultis, de qua non appareat in præsencti, eo quia licet eidem exposita fuerint Concordata Germaniæ nihilominus illis expresse, & specialiter non derogavit, prout ad eliciendam ejus voluntatem & intentionem opus fuisset, ut tradunt Mean. *ad Jus Leodien. par. 2. d. observat. 277. nu. 20. & observat. 278. num. 11. Rot. coram Coccin. dec. 196. num. 7. & in rec. dec. 266. per tot. par. 3. Quintimo Pontifex eadem ipsa firma haberi voluit, cum in gratia impetrantis expresserit *Concordatis Germaniæ inibi vigentibus*. Supperaddit, quod agitur de Coadiutoria vim expectativæ potientis, juxta Concordata Germaniæ, ob quam nul-*

Ia cadebat affectio, seu reservatio, quodque Papæ pro fundamento reservationis narratum fuit Conſistoriale decretum, quando istud loquebatur casu, quo factus fuisset successioni locus, quo substantialis circumstantia si Papæ reticita non fuisset nulli modo, vel saltem difficulter gratiam concessisset, quod sufficit ad illam subrepticam, & inexactibilem reddendam, ut dixit Lotter. de re benef. l. 3. qu. 11. num. 59. Rot. in rec. dec. 73. nu. 3. par. 14. & dec. 379. n. 9. Et 10. par. 18.

R. P. D. M U T O.
Olomucent. Canonicatus.
Ven. 25. Junii 1694.
Argumentum habetur in præcedenti Decisione 19.
S U M M A R I U M.

1. **G**ratia obtenta cum præsupposito Beneficium esse reservatum si reservatio non probetur exequi non debet.
2. Ex assumptione ad Episcopatum omnia Beneficia præcedenter acquisita devolvuntur ad sanctum Sedem.
3. Devolutio tamen vindicat locum in vere promoti ad Episcopatum, non autem sic, & improprie prout est Coadiutor.
4. Et si agatur de Coadiutore cum futura successione.
5. Ex retentione secunda Beneficii incompatibilis oritur vocatio primi.
6. Papa deputando Coadiutorem solummodo ad providendum incommodis futura vacationis Coadiutorem ad residendum non adstringit.
7. Non obligatio ad residendum in Coadiutore erit si Papa cum capacitate declaravit futuram successiōis & si non residat.
8. Ex Concordatis Germaniæ Coadiutoria habet vim meræ expectativæ nullumque præjudicium infert ordinario Collatori.
9. Coadiutoria Episcopalis non contradistinguitur ab odiositate que in aliis Beneficiis inferioribus admittitur.
10. Ablativus absolutus conditionem importat.
11. Specialis derogatio Concordatorum Germaniæ per Pontificem omitti non solet quando vere vult derogare.

DECISIO II.

Postis hodie sub Dominorum examine fundamentis utriusque, & inter se pugnantis decisionis in hac Causa editæ, alterius squidem coram Reverendissimo Zimor. sub die 4. Decembris superioribus anni, declarantis non intra arbitrium pro retardanda executione litterarum Apostolicarum, quas Georgius impetierat super provisione controversi Canonici in Cathedrali Olomucenti, tanquam Sanctæ Sedis reservati; ac alterius coram me in audientia diei 29. Martii mensis elapsi, præcedentis revocationis Joannis Francisci, per Capitulum Ordinarium Collatorem de hoc eodem Canonicatu instituti, postremum decisionem confirmandam esse Rota censuit, ob solidissimas rationes, quibus innititur; Quandoquidem Joannes Franciscus fundatam habet intensionem pro retardatione hujusmodi litterarum, cum ex parte provisi Apostolici non doceatur, & quidem plene, ac concludenter de reservatione Canonici Sanctæ Sedis, sub cujus fundamento amaranut, qua deficiente perperam prætendi potest earumdem executio, ut observat Lotter. de re benef. libr. 2. quæst. 52. num. 27. Rota in recen. dec. 706. nu. 11. Et 13. par. 3. coram Bibl. decis. 221. nu. 17. decis. 244. numer. 25. Et decis. 400. numer. 1. ubi satis esse reservationem reddi dubium.

In hypothesi autem prætenfam reservationem desicere seu nullatenus justificari sufficienter emergit ex eo, quod licet Comes de Losenfie sit ultimus dicti Canonici successor obtinisset cum illius retentionis gratia a san. me. Alexandro VIII. olim inter nostri Ordinis Patres meritissi-

mè conscripto, Coadiutoriam Præsulatus Olomucentis, sub qua deinde nondum purificata decederit, attamen ex hoc inducta non fuit aliqua Canonicatus reservatio S. Sedis non quidem ex qualitate ejusdem Coadiutorie Episcopalis, ob quam ad terminos Extravagant. Exorabili inter communes de præbend. in 6. omnia Beneficia præcedenter acquisita devoluta fuerint ad Sedem Apostolicam ita ut concessa retentione nondum exclusâ, sed confirmata remanserit reservatio. Nam depositum præcitatae functionis locum dumtaxat sibi vindicat in vere promoti ad Episcopatum, non autem sic, & improprie, prout est Coadiutor, qui sicuti jus in re non habet, sed dumtaxat in spe, non dicitur proprie Episcopus, ex firmitate per Totund. quæst. benef. part. 3. cap. 194. num. 3. Megal. in promptuar. Theolog. moral. verb. Coadiutor. nu. 1. caterique allegati in decisionis quæ confirmatur §. Quod autem cum seq. & §. In proposito specialiter. Minime attendo, quod agatur de Coadiutoria cum futura successione, non autem temporali, seu momentanea, cum neque ex hoc Coadiutor proprium jus in Episcopatu acquirat, per ea quæ ponderant V.amel. cons. Canon. 16. sub nu. 12. circa finem tom. 1. Barbafren. in Passoral. Regular. par. 1. al. §. 5. nu. 22. Fabris. Bleinian. in theor. & prac. benef. lib. 2. tit. 8. nu. 19.

Minusque ex præsupposita incompatibilitate inter Coadiutoriam, & Canonicatum, ob quam iste tandem præcedenter acquisitus devolutus fuerit ad Sedem Apostolicam, atque inducta reservatio per aliam Canonicam functionem, de qua in Extravag. ad regimen. inter communes eod. tit. de præbend. in 6. Quippe quidvis fit de regula Juris in abstracto, non parum inter Doctores controversæ, certum nihilominus redditur, quod in hac facti specie nulla desumi potest incompatibilitas productiva hujusmodi reservationis, eo quia memorato Coadiutori imposta non fuit obligatio residendi, sed potius ille ab eadem exemptus, tum ex quo ipse deputatio successit, ut provideretur solummodo incommodis futuræ vacationis istius Episcopatus, quo casu Coadiutorem ad residendum non adstringi considerat Remoncamp. de Coadiut. cap. 13. nu. 8. quam etiam ex quo declaratus fuit in litteris Coadiutorie ab ipsomet Pontifice concedente capax futuræ successiōis in Episcopatu, quemvis infervire omisit, quod repugnare videtur præciæ obligationi residendi ob quam 7 alias privati Canonici non residendo possunt, ut advertit Lotter. de re benef. par. 2. c. 1. §. 12. n. 26. Vener. in exam. Episcop. lib. 4. cap. 50. nu. 12. Rot. in rec. decis. 276. n. 4. par. 1. & decis. 392. n. 5. par. 3. sed potius exceptionem ab hujusmodi onere inferre, cum a Coadiutori voluntate pendat residere, ut admittitur in mox citatis decisionibus, & latius comprobatur in altera præcedenti hujus Causæ coram me edita §. Pariter secundum.

Clarior cum agatur de Coadiutoria in partibus Germaniæ, quæ vigore Concordatorum habet vim meræ expectativæ, nullum præjudicium infert Ordinario Collatori, juxta opinionem Rotæ, de qua in dicta decisione, quæ confirmatur §. De jure cum seq. Absque eo, quod in nihilo turbet hujusmodi expectativam qualitas Coadiutorie Episcopalis, quæ ad contradistinctionem Beneficiorum inferiorum non dicitur odiosa, neque Pontificiis functionibus contraria, nam id nil confert ad assumptum, cum jus expectativæ non pendat ex odiositate Coadiutorie, ultra quod enim cum in hoc casu Coadiutoria Episcopalis cum futura successione non definit esse odiosa, dum Papa illam non concedit Ordinario jure, sicut conceditur cæteræ Coadiutorie temporales, ut conciliando opiniones bene ratiocinatur Fagnan. in cap. Nulla num. 49. de concess. Præbend.

Ex his igitur inaniter recurritur ad prænotatam retentionis gratiam previo Conſistoriali Decreto per Papam Coadiutori concessam, quasi quod retentio præcedentem Canonici incapacitatem præsupponat, nam Pontifex retentionem concedendo noluit alterare jura Capituli Collatoris Ordinarii, signanter cum littera ipſius Decreti omnem facultatem, atque efficaciam reservationis restringat ad casum sequæ successiōis in Episcopatu, ibi Necnon Canonici Olomucent. durante Coadiutoria, qui falso loco successiōni vacet eo ipſo ita cum Coadiutor prædeceſſerit Coadiutor vis reservationis extinguita remaneret, & non extensibilis ad casum talis prædeceſſus, nam tunc verificari non potest dicta clausula falso loco successiōni quæ per ablativum absolutum appoſita a

conditionem, & formam importat, ex Surdo. consil. 186. num. 23. coram Bibl. decis. 510. num. 9. & 10. Alias Pontifex reservando reservationem, quæ ex qualitate, & natura facti non fuisset inducta præjudicasset Ordinariis Collatoriibus Germaniæ abique speciali derogatione Concordatorum, quam Papa in his casibus omittit non solet, ut adnotat Fugnan. in cap. Nulla num. 77. de concess. Præbend. Branden. ad eadem Concordat. quæst. 11. n. 2. & Nicol. ibid. tit. 1. dub. 8. §. 6. cum seqq. alique allegati in decisione, quæ confirmatur §. Ut proinde.

Et ita remissive in reliquis in eadem decisione confirmata latius adductis, Domini iterum responderunt favore

Joannis Francisci posthabitis aliis per Informantes pro Georgio cumlati, tanquam ad causam non facientibus. Utraque &c.

R. P. D. EMERIX DECANO.

Corduben. Beneficiorum.

Luna 29. Novembris 1694.

ARGUMENTUM.

Fuit sæpe à Doctores dubitatum an Regula secunda Cancellariæ, per quam generaliter declaratur reservata omnia Beneficia per Collatorem obitum vacantia usque ad provisionem Successorum, & adeptam ab eisdem Successoribus actualem pacificam possessionem Ecclesiarum, ad quas fuerunt promoti locum habet quando ad Episcopatum promoti sunt Cardinales; hujusmodi autem dubitatio magistratraliter in hac decisione definitur dum in ea firmatur quod in dicta regula Cardinales non comprehenduntur.

SUMMARIUM.

1. Reservatio ad annullandam Ordinarii collationem bona fide factam, ut gratiæ fundamentum debet plene & concludenter justificari.
2. Beneficia vacantia Sede Episcopali nondum de Episcopo provisiva usque ad actualem possessionem electi Episcopi sunt reservata Sedi Apostolica ex regula secunda Cancellariæ.
3. Sub dicta tamen dispositione non comprehenditur casus, in quo in Episcopatum Cardinalis electus, & nu. 6.
4. In reservationibus ob quas enarrata procedit conclusio una est illa, quia Cardinales taxes non solvunt pro expeditione litterarum, & nec est etiam Litteris non expeditis veritatem eorum deputatiōis ad gubernium animarum in litem deducere, & prærogativæ dignitatis fidem adimere.
5. Episcopus sequenti sui ipsius electione statim acquirit ea omnia, quæ sunt jurisdictionis, ac signanter ius conferendi Beneficia.
6. Cardinales expressè excipiuntur in reservatoriis Mensuræ, & declarantur exempti a regulis imposteriorum edendis.
7. Cardinales tunc consentunt sub regulis comprehensivi, ubi ipsam applicabilis est regularium ratio.
8. In Hispania minime viget consuetudo comprehendendi Cardinales sub regula secunda Cancellariæ, quæ consuetudo, ubi vigeret, esset concludenter probanda.

DECISIO XXI.

Vacantibus anno 1686. per obitum Josephi, & Gasparis in Mense Novembris duobus Ecclesiasticis Beneficiis in Dieceſi Corduben. portione scilicet integra Ecclesiæ Cathedralis, ac simpliciter dimidio præſtitimio Patrochialis loci de Thebar Eminentissimus D. Card. de Salazar ab Episcopatu Salamantino ad Corduben. translatus in Concistorio Secreto die 16. Septembris ejusdem anni post adeptam in mense Decembris novæ Sedis actualem possessionem utrumque uti ad propriam ipsius dispositionem liberè pertinens contuli die 20. Februarii sequentis anni 1687. primum nempe Francisco Godinez, & secundum Gregorio de Salazar ejus fratri germano, ac vice versa de utroque etiam tanquam Sedi Apostolicæ specialiter reservato, ac eadem sibi provideri obtinuit Franciscus Trape-

ro; Hinc orta lite inter utrinque Provisos super executione Gratia Apostolicæ, cauſaque mihi commissa subscripti de more dubium, An illa foret exequenda? quod in hodierna Audientia propoſitum DD. negativè resolverunt.

Quia non subsistit reservatio per Franciscum narrata Pontifici, qui uti potissimum ipsius gratia fundamentum debet eo plene, & concludenter justificari ad tradita per Roman. cons. 325. num. 11. Spad. cons. 79. num. 3. tom. 2. Gonz. ad regul. 8. gloss. 11. num. 100. & seqq. Caslador. decis. 5. de præbend. Caputaq. dec. 10. num. 1. part. 2. Rot. decis. 300. n. 2. & 3. coram Ubaldo, & dec. 14. n. 5. coram Durano.

Nec ista elici valet ex eo quod vacatio contingit in mense Novembris, quo D. Cardinalis nondum affequetus fuerat possessionem Ecclesiæ Corduben. & consequenter intret dispositio regulæ secunda Cancellariæ per quam generaliter declaratur reservata omnia Beneficia per Collatorem obitum vacantia usque ad provisionem successorum, & adeptam ab eisdem successoribus actualem pacificam possessionem Ecclesiarum, ad quas fuerunt promoti ad terminos Texti in Extravagant. inuncti de elect. inter commun.

Quia dispositio regulæ secunda uti odiosa, atque exorbitans a Jure communi non vindicat sibi locum in Collationibus S. R. E. Cardinalium, qui sub d. Extravaganti inuncti non comprehenduntur juxta magis communem, ac receptam Doctorem sententiam, de qua Gonzalez ad regul. 8. gloss. 24. num. 6. & 7. vers. Ita etiam, Gomez. in prom. regul. Cancell. quæst. 4. §. Tertius casus vers. Sed quia, & vers. Et sic. Bellenz. in trad. de Charit. Subsid. 9.66. ubi quod ita resolutum fuit in Rota ipso presente, Fermosin. in cap. transmissa 15. quæst. 6. a num. 1. ad 20. de electione, Germon. de Indult. Card. §. Necnon quoruncunque sub num. 3. vers. Hinc oritur, & nu. 4. & §. Massorb. in practi. haben. concursus prælu. 2.6. dub. 6. a num. 1. ad 5. Laert. Cherubin. in Compend. Bullar. ad Constit. 55. B. Pii V. Pax. Jord. var. lucubr. de re benef. lib. 7. tit. 2. num. 23. vers. Prout nec secunda Castropol. oper. Moral. tract. 13. de Benef. Ecclesiasticis dispu. 2. puncto 18. vers. Excipio. Theodof. Rubr. singul. ad decisionem Acoranob. num. 3. fol. mibi 121. tom. 1. Dian. Coordin. part. 9. tract. 7. de post. & privileg. Cord. resol. 53. & 54. Cappon. discept. for. 10. numer. 12. rom. 1. ubi quod Collatio approbata fuit per Datarium. Rot. coram Lancellot. in una Burgen. Canonicatus 26. Junii 1583. & coram Seraphin. in Toletana Canonicatus 26. Junii 1695. inter ejus impressas decis. 1144. in princ. & numer. 1. ubi in margine meminit antecedentis coram Lancellot. ac formiter in his præcis terminis discussio articulo in Hispania. Beneficium 19. April. 1603. coram Iusto.

Indeque fortius quando (prout hic) ratio motiva prædictæ regulæ eisdem Cardinales non afficit, quia videlicet ipsi Taxes non solvunt pro expeditione litterarum, ac neas est, tamen litteris non expeditis, veritatem eorum deputatiōis ad Gubernium Animarum in litem deducere, & prærogativæ dignitatis, quæ in illis affulget, fidem adimere, juxta ea, quæ in puncto tradit Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 27. num. 32. & firmant ultra modo adductos, Sylva de Benef. part. 2. quæst. 3. num. 46. vers. octavium privilegii; Lavor. var. lucubr. de erecl. tit. 4. cap. 25. num. 10. Gerund. de Episc. tom. 2. lib. 7. dispu. 6. nu. 12. Rot. decis. 46. n. 13. & 14. p. 5. rec.

Cessante autem ex præmissis obstaculo sæpe dictæ regulæ Provisi ab Ordinario fundatam habent intensionem de jure communi, quod Episcopus sequenti sui ipsius electione statim acquirit ea omnia, quæ sunt jurisdictionis, ac signanter ius conferendi Beneficia, facta enim electione, constumpta dicitur vocatio Ecclesiarum juxta sententiam gloss. in d. cap. Transmissam 15. verb. de tabulis de electione ibique Abbas num. 3. Fermosin. quæst. 2. numer. 3. & 6. Barbol. num. 2. Germond. de Indult. Card. §. Necnon quoruncunque sub num. 3. vers. hinc oritur, & n. 2. cum seq. Massorb. in practi. haben. concursus prælu. 29. n. 2. Pax. Jordan. var. lucubr. de re benef. lib. 7. tit. 2. num. 22. Rot. decis. 183. per tot. par. 2. divers.

Et hinc non relevant Autoritates in oppositum cumulatæ, quia earum alique, & signanter decisio Burgen. Canonicatus 3. Junii 1585. coram bo. me. Corduba, Revocatoria alterius 28. Januarii coram Lancellot. non loquuntur in terminis Episcopi Cardinalis, Alize vero, inter quas Garzias de benef. par. 3. cap. 4. a num. 252. quætionem movent per modum dubii, nec inquirunt rationem regulæ, de qua modo agitur, Ac denique cæteræ indefinitè loquuntur

tur de aliis regis quarum specialis ratio ipsos afficeret Cardinales, nisi forent specialiter excepti, ut observat Gonzalez de regni. Reservatoria mensium gloss. 24. n. 29. ubi supra n. 6. & 7.

Neque obstat quod Cardinales expresse excipiuntur in Reservatoria mensium, & quod in alia in ordine 70. declaratio exempti solum a Regis imperpetuum videtur, quod demum in illa foret, & superflua Indulta, quae passim istidem conceduntur, ut libere conferre valeant Beneficia, non obstantibus Constitutionibus ac reservationibus Apostolicis, nisi generaliter illos etiam afficeret regulae Cancellariae, quia omnibus in universum satisfaciunt Responso quod Cardinales tunc demum censentur sub regulis comprehensi ubi istidem applicabilis est ratio regularum ut distinguendo tradunt Felip. in c. Ad aures n. 11. de Rescripti. Sylva de benef. q. 12. n. 31. Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloss. 24. numer. 6. & pluribus sequentibus Adde. ad Buratt. decis. 570. numer. 13. vers. Ratio, & decis. 1732. n. 10. coram Cocino.

Denique minus relevat quod Collatio D. Cardinalis fuerit nulla, ut facta vigore indulti, quo ipse de eo tempore nondum gaudebat, quodque illi ulterius obstat specialis consuetudo ingens in Regnis Hispaniarum per quam Episcopi non recipiuntur ad administrationem, & collationem Beneficiorum, nisi praecedat actualis possessio Ecclesiarum; Quia non est verum, collationem fuisse restrictam ad titulum Indulti Cardinalatus, nam contrarium liquet ex eo quod illa indultum innotuit ordinariae Jurisdictioni, ut legitur in ipis litteris patentibus collationis, seu provisionis, ubi Utendo omnibus potestatibus, & ordinaria Autoritate, ac virtute Indulti, & Privilegiorum Dignitatis nobis Cardinalatus, ac omni meliori forma, ac Titulo, quo possimus, & debemus. Et ubi nota consuetudine nulla afferitur concludens probatio respectu Cardinalium. Imo eam destruunt superius laudatae decisiones coram Seraphin. & coram Justo nominatim Agentes de Cardinal. Episc. Hispaniae.

Et ita praeterrito examine, an etiam Provisio Apostolica obstat regulae de Annali, & Trienniali possessore, quod ex supra deductis visum non fuit necessarium, conclusum fuit, utraque &c.

R. P. D. URSINO DECANO.

Cordubensis Beneficiorum.

Luna 3. Decembris 1696.

Argumentum adest in praecedenti Decisione, dum haec Decisio in eadem causa emanavit.

S U M M A R I U M.

- DE Jure antiquo Canonico Episcopi statim post electionem acquirunt ea omnia quae sunt Jurisdictionis, & signanter Ius conferendi Beneficia, etiam ante captam possessionem Ecclesiae.
- AD Iuris dispositionem non solum ingens praedictum Datariae ob neglecta litterarum expeditiones obveniebant stante nonnullorum Praelatorum malitia; sed ulterius abusus prodegerant dum plerique ex Apostolicis Provisis sibi credi volebant super provisionibus sine litteris, & privata auctoritate collegia compellebant ad praestandam patientiam.
- Idco sancitum fuit per Bonifacium VIII. quod vacatio Ecclesiarum prorogata remaneret usque ad actualem possessionis ademptionem & vetuit omnibus Praelatis ne se ingererent in iis quae sunt Jurisdictionis.
- Dicta constitutio reputata est pro lege correctoria, & exorbitans, & ideo non extendenda.
- Cum autem ex d. dispositione satis longo tempore Beneficia manerent in suspensio, & in perniciem animarum diu vacare possunt, ideo B. Pius Quintus decrevit omnia beneficia Ecclesiastica Sede Episcopali Pastore decessita vacantia Apostolicae dispositioni servanda esse.
- Hinc inter regulas Cancellariae subventibus Summis Pontificibus d. ordinatio adscripta fuit in ordine la. ex qua habentur quod omnia Beneficia quae Sede Episcopali vacua vacare contigerint usque ad adeptam a suc-

cessoribus pacificam possessionem Sedi Apostolicae intellegantur reservata.

- Ratio animativa d. regulae 2. est ne ex longa vacatione Sedi Episcopalis provisiones sint in suspensio & maximum gravamen Ecclesiae inferatur, nam duriorum vacationem Iura abhorrent, & n. 8.
- Sub praedicta regula 2. Cancellariae Cardinales minime comprehendantur minusque sub sanctione extrav. in d. regula 2.
- In Cardinalibus cessat ratio d. extrav. quia ipsi non solum taxes pro expeditione litterarum & propterea nullum valet considerari praedictum interesse. Bursali Datariae illiusque fraudatio, nec in ipsi ob extimam dignitatem potest dubitari de veritate eorum deputacionis ad gubernium animarum etiam litteris non expeditis.
- Cum cesset d. dispositio extravag. injunctae in Cardinalibus, in actu illorum electionis ad Episcopatum statueretur Ecclesia sufficienter provisiva.
- Et consequenter cum cesset ratio d. duriorum vacationis Beneficiorum non applicatur Episcopi Cardinalibus dispositio regul. 2. Cancellariae in d. ratione fundata.
- Praedicta opinio est magis vera, & contrarium tenentes reprobandum, & n. 18.
- Felin. in cap. ad aures n. 10. de rescripti formati in quibus terminis loquitur.
- Dubitatio promota per Garz. de Benefic. par. 5. cap. n. 253. est rejecta.
- Gonzal. ad reg. 8. gloss. 24. num. 6. & gloss. 15. §. 2. ad n. 83. non loquitur de Cardinalibus Episcopis.
- Licet Cardinales comprehendantur in regulis Cancellariae, attamen non comprehendantur in illis regulis quarum fines rationes Cardinalibus non adaptantur.
- Ante praestitum juramentum de visitandis limbus Apostolorum Episcopi nequeunt se immiscere Ecclesiae administrationi.
- Dictum tamen juramentum absque probatione praesumitur.

D E C I S I O XXII.

Quia de Jure antiquo Canonico cessantibus obstaculis posteriorum Apostolicarum constitutionum Episcopi statim post electionem acquirunt ea omnia quae sunt Jurisdictionis, ac signanter Ius conferendi Beneficia etiam ante captam possessionem Ecclesiae, quia in momento factae electionis consumpta dicebatur vacatio Ecclesiarum ad originalem Theoricam Glos. in c. transmissam 15. verba de talibus de elect. ubi Abbas n. 3. Fermo. quest. 3. nu. 3. & 6. & Barbof. nu. 2. Geron. de indult. Card. §. necnon quarumcumque sub n. 3. vers. hinc oritur, & n. 4. cum seq. Malob. in prax. habent concurs. Praelat. 26. n. 2. Pax. lord. var. elucubr. de re benef. lib. 7. Rot. decis. 182. per tot. p. a. divers. & optime in Hispan. Benef. 19. Aprilis 1602. cor. Justo & ab hac dispositione pravum in sensum a malitia nonnullorum Praelatorum detorta, non solum ingens praedictum interesse buriali Datariae Apostolicae obvieniebat ob neglectas expeditiones litterarum, sed ulterius quamplures abusus prodegerant, dum plerique ex Apostolicis provisitis sibi credi volebant super provisionibus sine litteris, & privata auctoritate collegia compellebant ad praestandam patientiam.

Idco sancitum fuit per Bonifacium VIII. quod vacatio Ecclesiarum prorogata remaneret usque ad actualem possessionis ademptionem & vetuit omnibus Praelatis ne se ingererent in iis quae sunt Jurisdictionis, circa quae facultatem omnem alias de jure competentem abulit, ut legere est in extravaganti injunctae de electione inter communem, cujus rationem motivam cum DD. penderint tam in interesse buriali Datariae, quam in peculiari coercitione mali moris quorundam Praelatorum qui temerario ausu sine Apostolicis diplomatibus sibi credi, sibi que obedientiam praestari praesumptibant, communitur reputata est pro lege correctoria & exorbitans, non de facili extendenda ut videtur innuere Glos. ipsa in cit. extravaganti. injuncta verb. non praesumant vera dic-

contra ibi dic. coram, quia cum hac constitutio sit penalis, & contractus communes, eandem non extendendam, sicut nunc jura specialia contra reg. ad conseq. sunt trahenda, idemque firmant Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 25. num. 31. ubi perpendit rationem motivam extravag. & relatis concordant. Rot. in Hispan. Beneficium 10. Aprilis 1602. §. quare, & segg. coram Justo, quae hodie circumferuntur in particula.

Taliter autem prorogata vacatione per dispositionem extravag. usque ad actualem Episcopatum, & dignitatum possessionem, considerans B. Pius Quintus longofatis tempore beneficia manere in suspensio, & in perniciem animarum diu vacare posse, ad occurrendum praevito illarum periculo perpetuo valitura constitutione per modum regulae emanata decernere oportuum duxit omnia beneficia Ecclesiastica Sede Episcopali Pastore destituta vacantia Apostolicae dispositione reservanda esse prout reservavit in cons. §. Bullar. nov. tom. 2. fol. mibi 250. quae subinde publicata die 9. Martii Anni 1568. in Cancellaria Apostolica successit ad S. Me. Sixto V. illius Successore, ut referunt Cochier. in comment. ad d. reg. nu. 17. Jan. de benef. par. 5. cap. 1. nu. 218. Lotter. de re benef. 1. q. 34. nu. 7. inter regulas Cancellariae adscripta fuit, & secundum in ordinem locum ita perpetuo jubentibus Summis Pontificibus, obtinuit, etiam expressa declaratione, ut omnia Beneficia, quae Sede Episcopali vacua vacare contigerint usque ad adeptam a successoribus pacificam possessionem Sedi Apostolicae intelligantur reservata, ut consonant verba Greg. II. hic innuiter non adhaerenda.

Ratio autem animativa regulae illius ad DD. considerata fuit non solum laudabilis sollicitudo providendi pauperes Clericos, quae est nimis generalis, sed praecisa necessitate occurrendi divinae vacationis Beneficiorum ob animarum periculum ab illa exorient. Et quia ab extravag. injunctae vacatio dignitati, quae cessabat in momento electionis prorogata fuit usque ad tempus adeptae pacificae possessionis, idcirco retento eodem themate occurrendi vacationi beneficiorum, regula secunda determinavit omnia beneficia Papae reservare, vacanda usque ad actualem fuisset pacificam possessionem, quia connotative ad praesuppositam continuatam vacationem dignitatis, voluit conulere animarum saluti usque ad tempus in quo vacatio dignitatis cessabat ut in individuo tenent Gonz. ad reg. 8. Gl. 45. §. 3. n. 45. ibi ratio regulae 2. Conc. est ne ex longa vacatione Sedi Episc. provisiones sint in suspensio & maximum gravamen Ecclesiae inferatur, nam duriorum vacationem Iura abhorrent. Lotter. de re benef. 1. q. 34. n. 8. & Rot. in individualibus in citata Hispan. benef. cor. Justo §. quare, ibi Ratio, quae sola verisimiliter movit Papam in constitutione ejusdem regulae scilicet, quia Sede Episcopali vacante dispositione extravag. injunctae repetitae prorogata, ut in reg. nullus est qui possit providere.

Assumptivè validissima demonstratio eruitur ex ipsismet visceribus regulae secundae in qua ab efferata reservatione excipiuntur beneficia ad collationem cum alio vel aliis, aut etiam ad alterius praesentationem, vel electionem pertinentia, quia tunc non possunt provideri per habentem simultaneam, in quo tota potestas consolidatur, cessat ratio divinae vacationis, & datur legitimis Beneficii Collator, cujus deficiencia, uti causativa periculi animarum, unice movit Papam ad terminandam reservationem, ut ita inferendo concludit Gonzal. ad Gl. 8. Gl. 15. §. 3. num. 47. & segg. & optime Lotter. de re benef. 1. q. 34. n. 8. unde, ubi materiam per principia examinavit.

Licet ergo ex praemisissis corollarie inferre finalem causam referat. reg. 2. etiam materialiter diversam ab illa extrav. injunctae sed in ratione formali esse connexam & necessarium dependentem, quia una procedit ab altera, & causativa una aliam inducit, quia certo certis nisi vacatio Ecclesiarum fuisset prorogata usque ad actum possessionis periculum divinae vacationis Beneficiorum cessasset in ipso momento electionis, quia tunc de jure communi provisio efficiebatur legitimis Collator, quo dato periculum animarum non occurreret, nec indigeret reservationis Apostolicae remedio.

Sub his regulis & animadversionibus PP. coram me subrogato in locum, & gradum b. m. Emerix Decani reintegrato examine super exhibitione gratiae Apostolicae obtentae a Francisco ex titulo reservationis reg. secundae ad duo Beneficia, de quibus res iste vacata ante adeptam ab

Eminentissimo Salazar possessionem Ecclesiae Cordubensis, & ab eo Jure Ordinariae collationis provisiva denegata in decis. emanat. die 29. Novemb. 1694. coram Emerix, item fuerunt in sensu pro derogatione petite executionis, & discussio formiter articulo crediderunt S. R. E. Cardinales minime comprehendi sub dispositione dicit. reg. secundae, minisque sub sanctione extrav. injunctae de elect. cautiva reservationis contentae in dicta regul. secunda, quia demum putarunt nec rationem regulae, nec illa extravagantis valere in Cardinalibus ad quos proinde per vitam extensionis functiones istas correctorias, & exorbitantes trahi non debere autumarent, & ita proposito a me congruo dubio standum esse in decisis responderunt.

Et quidem ratio extravag. nec in esse causali, nec in connotato formali valet S. R. E. Cardinales comprehendere, quia cum isti taxes non solvant pro expeditionibus litterarum, & nefas sit tapetelli litteris non expeditis veritatem eorum deputacionis ad gubernium animarum in illem adducere & praemientia, & dignitatis quae in illis assulget, fidem adimere, in eis proinde non verificantur, nec praedictum interesse buriali Datariae Apostolicae, nec necessaria coercitio mali moris Praelatorum, qui temerario ausu volebant sibi credi super provisionibus abique litteris ac per consequens utroque, ex istis cessante, cessat etiam odiosa illa & correctoria dispositio extravagantis, ut sub hac methodo ratiocinando ex professo defendunt Bellem. olim nostri Tribunalis Auditor de char. subd. q. 60. sub n. 24. ubi testatur ita decium eo praesente in Rota, Sontak. ad reg. 8. Gl. 24. nu. 6. & 7. quia fuit. Gom. in prom. reg. q. 4. §. 3. casus v. sed quia Thodof. Rub. in singul. ad dec. Accoramboni. b. m. 1. n. 3. §. 131. Barbof. de potest. Episc. alleg. 111. n. 24. & super eadem extravag. injunct. n. 5. Matt. de cons. servat. §. 2. n. 41. Lavor. de elect. tit. 40. c. 25. n. 10. Lotter. de re benef. 1. q. 27. n. 32. Pax. Jord. var. eluc. 18. tit. 2. n. 22. & 23. Gerund. de Episc. tit. 2. l. 7. disp. 6. n. 12. Fermo. de off. & fac. Pecl. ad rub. de elect. super canon. missam q. 6. §. 2. n. 109. ad 10. Gern. de indult. Card. §. necnon quarumcumque n. 3. v. hinc oritur, & n. 46. & segg. Dian. oper. moral. p. 9. tit. 2. de potest. & privit. Cor. ref. 33. & 64. Capo. 10. d. 10. n. 12. ubi quod collatio approbata fuit per datariam & perpetuo tenuit Rot. cor. Lancell. in una Bergen. Canonatus 26. Jun. 1525. inter alias impressas dec. 144. in fin. & n. 1. ubi in margine refert antedictam coram Lancell. & formiter disputato articulo in citata Hispan. Beneficium 19. Aprilis 1602. coram Justo.

Remora autem in Cardinalibus censura extrav. injunctae vacatio Ecclesiarum ad quos affumuntur, cessat in ipso electionis momento, & sublata lege hac correctoria materia reducitur ad terminos juris communis juxta quos in ipso actu electionis Ecclesia dicitur sufficenter provisiva, & adeo legitimum Pastor, & Collator & ob id minus eis applicabilis redditur ratio finalis regulae secundae, quae cum sola sicut occurritur divinae vacationi Beneficiorum supponendo, quod Ecclesia Episcopalis vacet non solum usque ad provisionem successorum, sed etiam usque ad possessionem ab eis adeptam juxta tenorem extravag. injunctae, ita & taliter quod donec non capiatur possessio Ecclesiae nemo fit qui possit conferre Beneficia juxta superius expressa in §. taliter autem, ista ratio divinae vacationis Beneficiorum non applicatur Episcopis Cardinalibus, eo quia ipsi statim, ac provisio sunt de Ecclesiis consumunt in eodem instanti Ecclesiarum vocationem, & possunt exercere omnia ea quae sunt Jurisdictionis, & signanter collationem Beneficiorum ad censuram juris communis Canonici, ita ut Beneficia vacata post provisionem respectu Cardinalium, dicantur vacata, sed plena, & legitimo existente collatore, quod & diametro tollit rationem regulae & operatur, ut illa Cardinales minime comprehendat, ut ultra duo judicata punctualia nostri Auditoris coram Seraph. dec. 1148. n. 1. & in sepe laudata Hispan. Beneficium 19. Aprilis 1602. cor. Justo tenet gravior, & fanior pars DD. qui in hoc articulo scripserunt, prout omnis superius adductis, qui merito in hac classe reponi possunt individualis firmant Cherubin. in compend. Bullar. interpretando cons. 55. B. Pii V. à qua desinat rigorosa sanctio reg. 2. §. 1. & refert, ac claudat decisionem Hispan. coram Justo, Theodof. Rub. in sing. Rot. tom. 20. circa solum, & obserantiam Rotae in verbo Cardinalis nu. 10. & tom. 1. ad decis. Accoramboni. nu. 3. pag. 13. Tillin. q. moral. tom. 3. tra. 41. tit. de benef. c. 3. nu. 37. Pax Jordan. var. eluc. 18. tit. 2. num. 23. vers. prout nec secus de Castropal. oper. moral. 1. tra. 13. disp. 2. puncta. 14. n. 4.

n. 4. vers. ex parte Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 2. 4. nu. 6. & 7. Cappon. diff. 110. nu. 12. tom. 1. & Barbol. de potest. Episc. alleg. 57. nu. 2. 3. & Matt. de caus. concess. sect. 20. nu. 11. ubi assignat rationem, quia beneficia vacata post provisionem Cardinalium, dicuntur vacare Sede plena.

Concurrente igitur tam demonstrativa ratione facta tot insignibus auctoritatibus, ista opinio visa fuit DD. tutor ac probabilior quia licet non defuerint aliqui DD. qui contrariam sententiam veriore putaverint ut Paris. dec. d. Insitut. tit. 2. resol. 3. sub nu. 2. 5. 7. Et segg. & Joseph. Jan. resol. moral. 17. nu. 14. Et alii quam pateri, qui in individuo articulari possunt; tamen cum isti nec funditus animadverterint rationi originali regulæ, nec connexioni quam regula foriatur cum extray. injunct. eorum opinio non meretur contraponi tot classis DD. & geminatis resolutionibus nostris Auditorii, quibus temper in concursu solet Tribunal deferre.

Nec in classe istorum reproborum allegari valet Fel. in c. ad antes n. 10. de respons. Garz. de benef. p. 5. c. 1. n. 2. 5. 3. & Gonzal. ad reg. 8. Gloss. 2. 4. nu. 6. & Gloss. 1. 5. c. 2. sub nu. 83. qui omnibus istis in fonte recognitis DD. patuit casum controversie præsentis minimè percutere, sed sub diversa penitus hypothesi, quæstionem pertractare, Felin. namque non agit de extray. injuncta nec de reg. 2. Cancell. sed solum de reg. de valore, an Cardin. comprehendat ut legi potest sub v. si Card. impetrans beneficium, & ibi reprobat Anch. itantem pro non comprehensione, cum ipse tunc erat Archiepiscopus Cardinales sub ea comprehendendi, & licet referre etiam conetur Bellencin. cum Ancharano opinantem Cardinales non esse comprehensos sub reg. de valore, referendo testimonium Franc. Panvini olim S. R. Auditoris, qui testatur suis temporibus decimum regulæ Cancell. ligere Cardinales, nullibi atamen descendit ad reg. 2. nec in ejus in puncto legitur testimonium Panvini reprobatur Felin.

Et in istis quoque terminis loquitur Gomez. in reg. de valore quaest. 1. ubi de eadem materia quæstionem facit Garz. verò de benef. dubitative quæstionem promovit, & nihil determinat resolvit, & licet videatur inclinare in affirmativam pro comprehensione Cardinal. atamen rationem reg. non examinat & ob id ejus Dubitatio rejecta legitur à Filiiucci 9. mor. 10. 2. r. 4. c. 3. n. 37. v. quomodo.

Gonzal. verò in locis allegatis tractat de Episcopo non Cardinali, vel de aliis regul. Cancell. quæ ob sui generalitatem, vel ob rationem adaptabilem Card. comprehendit.

Et in proposito demandæ sunt & calculo generaliter comprehendendi nos auctoritates, quæ firman Card. sub reg. Canc. alique Pontificis dispositionibus, quia ut optime satisfacit 1. decif. §. neque obstat, propositio est verissima, quoad illas reg. quando ratio potest applicari Cardin. non autem quo ad reg. 2. cuius ratio ipsis non adaptatur. Et sane incongruum elset ex generali comprehensione in regulam arguere ad particularem, quando ejus ratio excipere dicitur Card. cum nulla potior exceptio considerari valeat illa, quæ resultat ex defectu rationis finalis ut bene distinctugit Rot. cor. Coc. dec. 1633. nu. 10. ibi comprehenduntur sub reg. Cancell. nisi ratio regulæ illa non comprehendat, & tenent in puncto Gonz. reg. 8. Gl. 2. 4. n. 6. & segg. adden. ad Buratt. d. 570. n. 13. v. gratis, & in terminis reg. secundæ Rot. coram Seraph. dec. 1148. n. 2. vers. neque.

Et ex hæcnet ratione verissimum est Alex. VII. in sua speciali declaratione voluisse Card. comprehensos in regulis: ob id expresse hodie exceptos esse à regula nona, alias 8. & concedi eis indulta, ut gaudeant Beneficio non comprehensionis, sed hæc omnia militant sub themate regularum, quarum ratio, & causa non disconvenit Cardinalibus, sed nihil inferunt ad reg. 2. quæ in ratione causali nequit Cardinalibus applicari.

Quapropter omnibus in suo esse consideratis Auctoritatibus, quæ in oppositum afferbantur, vel loquuntur in terminis generalib. regularum in universum; vel de aliis in specie regulis quæstionem tractant, aut sermonem faciunt de Episc. non Cardinali, ut dec. Burg. Canon. cor. Card. quæ præferebatur revocatoria à nobis relata coram Lancet. aut demum incidenter, & sine materie examine loquuntur, ut ita pateri, & ignoti forsitan nominis sint illi, qui pro contraria opinione merentur allegari, quique reselluntur à tot aliis insignibus DD. & à sententia alias in specie tentata coram iustis in nostro Auditorio.

Perpenfis his in puncto juris frustra opponeretur in fa-

cto Em. Salaz. non potuisse de tempore collationis Beneficiorum immittere jus Eccl. administratione ex quo antea non præfiterat Juramentum de visitandis liminibus Apostolorum juxta fancita in novissima constitut. Sixti V. Quoniam combinatis temporibus preficiti juramenti hodie exhibitum in sum. Card. n. 8. cum illis quebus vacationis beneficiorum, liquet illud hanc, quam pluribus diebus præcessisse, cum juramentum dignofcatur præfictum sub die 17. Novemb. vacationes verò sequutas diebus 23. & 24. ejusdem sicque ex facto omnis eliminatur difficultas, & Eminent. Card. dicitur in probatis; licet hoc ei non incumberet, cum non agatur de juramento voluntario exigente probationem in specie, sed de necessario, quod abiq. ulla probatione de jure præsumitur, juxta dec. 2. Crisp. de Juris, & alibi sapissime.

Et inutilis erat ponderatio, quod Emin. Cardinalis juraverit se servaturum Apostolicas Ordinationes, quia palam omnibus fit hoc intelligi de illis quibus ligatur, non de aliis quibus summo jure exceptuatus reperitur.

Quamplura alia contra provilium Apostolicum opponerentur, utpote defectus signature supplicationis, obliuissentique regulæ de annali, & alterius de triennali, sed cum satis superque DD. fuerint in articulo determinati omnia uti super vacante præferantur, & ex hoc solè fundameto resoluta approbatur, Partibus in acerrimo contradictorio auditis.

R. P. D. PRIOLO.

Romana Clericatus Beneficiati S. Petri.

Ven. 13. Maii 1695.

ARGUMENTUM.

In his duabus quæ sequuntur decisionibus firmatur quod Jus conferendi Beneficia quod antè turnariam divisionem redidit penes Capitulum non valet conferre Canonice in Sacris non constitutum; id tamen limitatur quoties Canonice conferat, sed tantum nominem quia tunc valet nominare etiam Canonice non nisi in Sacris quod autem hujusmodi confectum fit in clero Sancti Petri de Urbe penè in altera dec. habetur.

SUMMARIUM.

- 1 **C**anonice in Sacris non constitutum vocem in Capitulo non habet, & n. 2.
- 2 **H**abet tamen exercitium juris nominandi beneficium, ubi non fit in Capitulo.
- 3 **N**ominatio commodum potest delegari etiam Canonice in Sacris non constituto, & vocem Capitulari non habenti.
- 4 **I**nspetto Jure communi Jus conferendi antè sequantam divisionem totaliter residens in Capitulo post distributionem inter Canonicos in locum Capituli per turnariam divisionem subrogatos spectare non potest ad Canonice in Sacris non constitutum & n. 6. & 7.
- 5 **N**ominatio commodum totum Capitulo attributa delegari non potest Canonice in Sacris non constituto.
- 6 **A**ctus præsumitur gestus vigore tituli, de quo apparet.
- 7 **R**atio est animæ legis, hinc ubi eadem ratio non militat, nec lex militare debet.
- 8 **D**escriptio facta à ministris Ecclesie nullum Jus potest tribuere descriptis, quod antea non habebant.
- 9 **O**bservantia adversus constitutiones Apostolicas clausula irritantis munitas attendenda non est.
- 10 **E**x juramento per aliquem ratio peiorē more Sacerdotali præsupponitur qualitas Sacerdoti.
- 11 **A**d inducendam observationem contra Constitutiones Apostolicas, illa debet esse continua.
- 12 **C**anonice ad Sac. ordines non promotus privatur quidem voce capitulari, sed non privatur fructibus seu aliis fructibus ratione præbendæ competentibus, & sic non jure conferendus, quod extra capitulariter fit.
- 13 **I**d procedit de Jure communi, non autem ex dispositione Nicolai III. in Basilica Principis Apostolorum.
- 14 **S**tante inhabilitate Canonice antecedenti subintrat in Jure alius proximior, capax & habilis.
- 15 **C**ollatio beneficii non est in simplici fructu sed est fructus seu quasi juris conferendi, & propterea participare non potest de fructu fructus, nisi ille, qui habet tale Jus conferendi.

- 16 **D**ispensatus ab uno dicitur dispensatus ab aliis impeditis, cum tot requiratur dispensationes quot sunt obstacula.
- 17 **C**anonice Turnarius limitatum tempus habens ad conferendum, si vocatus non succedat in tempore suo non potest conferre, est Canonice, qui cum procedat et ad quem spectat collatio fit incapax ad conferendum & propterea subintrat ex Jure proprii Capitulum in locum Canonice inhabilis.

DECISIO XXI.

Cum institutio, et desitutio Beneficiorum in Basilica S. Petri ex Constitutione Nicolai Tertii pleno Jure pertinere ad Archiepiscopatum, et Capitulum, attendens habelomadaram divisionem inter eosdem facta, altera pariter subdivisa illarum ad Capitulum inter Canonicos convenita fuit, et utraque supponitur in ita ad tollendas inter Electores differationes; cum de illarum principio nullus esset vestigium; Vacavit de Mense Martii 1694. nullus ex Clericibus Beneficiis, et quia Collatio illius hebdomadæ in Tabella Turnaria erat assignata Reverendo Patri Domino de Philippis, illum contulit Josepho; Viceveria Capitulum præterdens ei obitare non minus Texum in Clem. ut si de stat. & qualitat. quam Sac. Concil. Triad. de reform. sess. 22. cap. 5. et specialem quoque dispositionem dictæ Constitutionis Nicolai Tertii, ex quibus tam generalis, quam specialis prohibito promanet, quod Canonice in Sacris non constitutus vocem in Capitulo minime habere possint, providit de eodem Beneficio Hieronymum, & propterea orta contentione inter Patres, interim supervenit ad causam Canonice Gaudis del Paglio, & uti immediate proximus in Tarno, allegans quoddam Tertium Jus excludum utriusque Colligantis, ipse enim erat intra annum sine possessione, ex quo præterebat sibi non obitare Jura per Capitulum contra Canonice de Philippis adducta, neque affici ab allegationibus contra Capitulum; In hoc itaque rerum statu Joseph. à Reverendo Patre Domino Vicegerente sententiam favorabilem reportavit, quapropter Causa ad instantiam Succumbentium in gradu appellationis Mihi delata pro illius resolutione dedi Dubium omnium comprehensivum: An, & cum si adjudicandus Clericatus Beneficiatus, vel potius ad quem spectet illius Collatio, & DD. dixerunt, adjudicandum esse Hieronymo, cum allegata Jura visa sint obitare eque Reverendo Patri Domino de Philippis, quam Canonice Guido, & collationes redire ad Capitulum habens principale Jus instituti, vel desituti.

Non impugnabatur præceptum Clement. ut si de stat. & qualitat. quod ille, qui saltem in Subdiacconatus ordine constitutus non fit, vocem in Capitulo habere non possit, repetitum à Concilio sess. 22. cap. 5. de reform. & specialiter etiam demandatum à Nicolao III. in allegata Constitur. ibi - portiones non recipiant, nec admittantur ad eas, etiam si alias eis de Jure, juxta suæ institutionis ordines deberentur nisi fuerint in ipsa Ecclesia residentes, & in Sacris Ordinibus constituti, & deinde subditur - non tamen stallum habeant in Choro, & in Capitulo vocem habeat, vel locum, nec ad ipsius admittatur tractatus, quousque ad Sacros Ordines fit promotus.

Sed Scribentes pro Josepho dicebant, hæc non afficere Canonice de Philippis, cum non præterat neque stallum in Choro, neque vocem in Capitulo, sed solum Jus nominandi ad controvertitur Beneficium, & cum talis nominatio fit actus non faciendus in Capitulo, & nunquam doceatur illum factum fuisse in Capitulo post divisionem, neque importare ipsam Collationem, sed meretur exercitium juris nominandi, quod adimpleri potest à Procuratore, & à persona extranea, adeoque multo magis à Canonice ejusdem Capituli, quavis in Sacris non constituto, & tale assumptum fundabat in decisionibus emanatis coram Gyffio, ut videre est in dec. 600. & dec. 603. part. 4. de res. & dec. 15. part. 3. rec. quæ in individuo agentes de Beneficio S. Petri, firman tales Jus nominandi competere Canonice, ut singulari etiam in Sacris non constituto, non minus ex pluribus scripturis in magna mole tunc exhibitis, sed attenda antiqua, & pacifica consuetudine, quam ex Jure, cum tale Jus nominandi fit actus extra capitularis; nam ut specialiter subditi dicta dec. 600. §. per divisionem hebdomadarum a Capitulo factam non censetur translatum in Canonice Hebdomadarius Jus conferen-

di, prout Juris est, sed tantum exercitium, seu nominatio personæ, cui Beneficium conferri debet, & sic nudum factum, quoniam Hebdomadarius Collatio inutilis profus, & sine effectu esset, nisi ferret coram Notario Capituli cum subscriptione Secretarii, et sigillo ejusdem Capituli, ex quo datur intelligi ejus collationem de per se profectam non esse, siquidem nihil ad eum censetur, dum aliquid fuisset.

Et in præmissis corroborationem exhibuerunt etiam ipsam formam collationis, seu litteras patentes, quæ Provis conceduntur a Capitulo, ex quibus deprehenditur, quod Canonice tantum nominat, Capitulum vero conferre, et propterea dignofcitur actum collationis esse omnino contradictiffimam à nominatione Canonice Turnarii, et talem divisionem non importare jurisdictionem, sed solum factum, et commodam nominationis, quod delegari potest etiam Canonice in Sacris non constituto, et vocem Capitulari non habenti, ad notata per Barbol. in dicta Clem. ut si n. 9. et in trasti. de Canon. c. 37. n. 21. Gratian. c. 482. n. 25. Garz. de Benef. part. 3. cap. 4. n. 31. & Rota coram Romulo. decif. 145. nu. 3. cum segg. et in dicta dec. 15. n. 2. & 3. part. 3. rec.

Verum præmissa visa sunt non subsistere, nam talis opinio fuit postmodum reprobatà à Rota coram Duran. dec. 275. confirmata coram eodem dec. 290. & 460., ea potissimum ratione, quod cum tale Jus conferendi ante sequantam divisionem totaliter resideret in Capitulo, et Capitulariter expletur, idem Jus dicendum esse distributum inter Canonicos, qui cum sint in locum Capituli per turnariam divisionem subrogati, eandem naturam illius, in cuius locum subrogantur, assumunt, adeoque Canonice per Turnum conferendo, conferre vicem Capituli, et non uti singularis, vel Procurator, aut extranea persona, neque aliud Jus exerceret, quam quod omnes infimum congregati Capitulariter exercent, juxta Textum in cap. fin. de Prob. in 6. ibique Doctores & signanter Aezidia. n. 1. vers. ipsum scilicet capitulum & n. 2. Gemian. n. 7. & Franck. nu. 3. & ulterius progrediendo subdit eadem decisio Durani, quod cum hæc turnaria divisio adinventâ fuerit ad tollendas dissensionibus, istæ vero dissensionibus procto exoriri non poterant nisi inter Electores, & propterea talis divisio non comprehendit nisi illos, qui in Capitulo ad eligendum interesse poterant, cum inter alios non intereffentes nulla dari posset controversia, & in idem quoque coincident dec. 473. & 517. coram Cerro, & in Recent. 260. par. 17. & propterea sicuti in isto casu Capitulum non posset secum admittere Canonice in Sacris non constitutum ad ferendum suffragium in Capitulo, ut notant Joan. Andr. in c. quod alius 67. n. 3. usque ad fin. regul. Jus. in 6. Boech. in c. quapropter 8. Illud n. 1. cum segg. de elect. Abb. in c. cum Vintoniensis n. 3. ibique Burr. n. 23. & segg. eodem tit. ita nec minus eidem delegari posset facultas toti Capitulo attributa, Abb. in c. scriptum n. 5. in principio, ibique Imol. n. 6. vers. nec mirum de elect. Lambert. lib. 1. p. 2. q. 2. princ. art. 16. n. 2. vers. ita fortius.

Quæ autem dicta sunt de litteris patentibus, facilis submovetur, si respiciatur magis factum, quam verba, quia Canonice Turnarius confert absolute Beneficium personæ sibi benevisæ, & mandat Notario ut litteras patentes expediat, & illas Secretarii sigillo munire faciat, ex quibus colligitur, quod Capitulum præstat nudum nomen, & auctorizando omnia gesta a Canonice Turnario; Verba enim illa nominationis, seu collationis sunt interpretanda juxta subiectam materiam, hoc est, quod penes Capitulum Jus conferendi fit in proprietate, & habetur, apud Canonice actu, cum re vera Turnarius exercent tale Jus conferendi nomine Capituli, ut advertit Rota dec. 330. n. 25. & segg. par. 9. tom. 2. rec.

Nec dicatur, quod decisiones Gyffio non sunt ita obiter revocandæ juxta istylum nostrum Tribunalis, maxime cum contineant aliquid factum particulare, ex quo ortiri potest Jus. Responsum quoque fuit, decisiones illas emanasse absque interventu Capituli, & inter diversas personas, & cum manifestissimis æquivocis; nam dicitur, quod liquidum non constabat, an tale Jus competeret Capitulo, vel Canonice uti singularis, quando nihil ibidem deducitur, neque modo deductum fuit contra clariffimum Constitutionem Nicolai, concedentem Archiepiscopatum, & Capitulum non solum institutionem, sed etiam distributionem dictorum Beneficiorum, & propterea non subsistente fa-

Alloiarum, opinio merito potuit reprobari coram Durano neque modo attendenda, & diversitas casus nihil operator, quando militat eadem ratio, quod sola est anima legis, Rota rec. dec. 131. n. 16. p. 6. & dec. 59. n. 17. p. 10.

Nec prædicti obstat Tabella Turnaria in Sacritia expostita, quæ dat formam omnibus Ecclesiasticis functionibus, ac tam collationibus pro Canonicis faciendis, & in qua reperitur descriptus Canonicus de Philippis, & in hebdomada Turnarius, nam, cum talis Tabella constituatur a solis Magister Ceremoniarum nullum Jus tribuere potest descriptis quod antea non habebant, & tantum demonstrat tempus si- nullia munera peragendi, quod clarius colligitur ex quo plures non Sacerdotes leguntur destinati pro missa canenda, alii non Diaconi pro Evangelio, & alii non Subdiaconi pro Epistola; ideoque illi considerant tantum capaces in potentia, vel uti obligati per se, vel per alium ad tale munus exercendum, ne in iureto remanent, in illa die servitium Ecclesiæ, & tanto magis, quia hoc etiam expressè demandatum fuit in dec. 603. n. 4. cor. Giffo quia hoc medio tempore, & durante in illa Tabella incapax fieri potest capax.

Minus resistere visa est pretentia observantia, quæ vel non potest considerari ad versus Constitutiones Apostolicas clausula irritanti unitas, ut in specie hujus constitutionis advertit Rota coram Cavaler. dec. 85. num. 2. & dec. 91. n. 5. & melius dec. 111. n. 1. ubi enunciatur factum pro bono regimine, & gubernio Basilicæ, neque potuisse abrogari per non usum, vel contrarium ab usum, quod pariter confirmavit fa. me. Paulus Quintus in sua Constitutione emanata de anno 1611. neque ab hac postrema effluxit adeo longum tempus, ut aliquod novum privilegium sit supponendum. Vel talis observantia si examinetur, nec minus subsistit, nam quatuor casus tantum adducti illa potius tollunt quam confirmant; Primus enim demonstrat, Canonicum Prebenandum fuisse in Sacris, quia in adipiscenda possessione sui Canonici iuravit tacto pectore more Sacerdotali, quod sufficit ad supponendum in illo talem qualitatem, cum similia juramenta non fiant nisi per illos, qui sunt in Sacris Ordinibus constituti, Abb. in cap. cum in causa n. 6. circa med. de juram. & quoad exclusionem aliorum trium satis efficit dicere, quod sunt de Beneficiis extra Basilicam, & extra Urbem, & non valet illatio inter diversa, sed talis observantia, neque remanet firmata in Beneficiis exteris, nam collatio data sub nomine Canonici Cerretani non habuit effectum, cum legatur specialiter facta a Capitulo absque ulla expressione Turnarii, & deinde dantur plures alii similes, qui veluti numero plures prævalere debent, vel saltem sufficiunt ad inturbandum tale Jus, etiam si ageretur de simili beneficio, & aliquis particularis casus, si dari possit, esset potius tribuendus speciali favori, quo Capitulum alioque Canonicum fuisset prosequutum, cum de cetero quando agitur de inducenda observantia contra Constitutiones Apostolicas, actus debeant esse continui, & frequentes, Rota rec. 8. n. 10. p. 8. & dec. 278. n. 23. p. 12. & dec. 96. n. 19. p. 17. & dec. 53. n. 5. & dec. 418. n. 6. p. 18.

Et demum non repugnat resolutio Sacre Congregationis Concilii, quia cum emanaverit sub conditione quatenus adus collationis non sit actus in Capitulo Capitaliter explendus, & fundata sit in decisionibus Gypsi de illo tempore emanatis, si postea firmatum fuit talem actum collationis esse actum in Capitulo collegialiter explendum, d. resolutio non redditur amplius applicabilis casui nostro, ultra, quod contrarium per eandem Congregationem fuisse decimum resert Barbol. ad Concil. sess. 22. c. 4. de reform. n. 4.

Conveniebatur Canonicus Guidus cum Josepho pro exclusione Capituli, quod talis actus esset extracapitalis, & illi etiam collationem cessisset, si quaestio examinari deberet cum principis Juris communis tantum, quia juxta Textum in d. Clementina, ut ii disponitur, ut is, qui ad Sacros Ordines promotus non fuit, privetur quidem voce Capitali, sed non privetur fructibus, aut aliis Juribus ratione Canonice, & Præbende competentibus, & propterea non privetur Jure conferendi, juxta gloss. in d. Clement. ut ii verb. Capituli ubi etiam Card. Zabarell. num. 14. cum aliis adductis per Gonzal. ad regul. 8. Cameraria gloss. 34. num. 128. & seqq. sed quia in præsentis casu attendenda est principaliter Constitutio Nicolai, & ita privat non promotus, non solum voce, sed fructibus, & habet tamquam non possessor, cum neque Stallum in Choro habeat, idcirco non promotus in Sacris dicendus est ex eadem ratione privatus etiam jure conferendi ad tradita per VAMES

confl. 260. num. 2. & seqq. de præben. lib. 11. Rebuff. de nominat. quasi. 8. n. 11. & seqq. & in præben. lib. 1. tit. de devot. n. 46. & seqq. Barbol. de Canon. c. 37. n. 22. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. & præben. n. 6. & melius gloss. 56. num. 42. & seqq. Lotter. de benef. lib. 2. quasi. 34. n. 20. & Villadicis de leg. part. 1. q. 9. n. 20. Corad. de benef. part. 2. cap. 7. in prim. & Garz. de benef. part. 5. c. 1. n. 690. & viceversa cum eadem Constitutio Nicolai præservet intra annum Canonico in Sacris non confitituro ius fructuum, ideo præcedit sibi competere tale Jus conferendi, tamquam descripto immediatè in Turno post Canonicum de Philippis, nam fuit ex Bulla Pauli V. immediate sequenti deservit omnis in casu impotentie hebdomadarii, ita ex eadem ratione deferri debet commodum, & enolumentum, quod militat etiam ex natura Ordinis successivi, ut siante inhabilitate antecessoris, subintret alius proximior capax, & habilis juxta gloss. in c. fin. in figurazione casus de consuetud. in 6. cum aliis adductis per Muret. de opt. c. 1. q. 2. n. 21. & Barbol. de Canon. c. 30. n. 8. & seqq.

Hoc autem obiectum duas continens partes, quoad primum sublatum fuit ex eadem ratione, quia exclusus fuit Canonicus de Philippo, cum Canonicus Guidus non sit in Sacris constitutus, & propterea contra eum militant omnes rationes superius adductæ, & facilius quoque sublatum fuit quo ad secundam partem, quod illi competere tale Jus conferendi tanquam in fructu.

Nam quidquid sit, an illi competat ex quodam particulari usu mediæ fructuum in primo anno, cum ista in primo anno non concedatur ex Bulla Nicolai, nisi infirmis residens, & in Sacris Ordinibus constitutus, si illa in uno immutata reperitur, non debet etiam in altero immutari, sed ulterius visum fuit, quod collatio non est in simpliciter fructu sed est fructus, fere quasi iuris conferendi, sicuti electio iuris eligendi, ut notat Abb. in c. cum olim n. 4. in prim. c. n. 7. in fin. de caus. possess. & propp. Cassad. dec. 3. n. 6. de pens. & propterea participare non potest de simili fructu nisi ille, qui habet tale Jus conferendi, quod comprobatur ex distinctione Text. in c. fin. de præben. in 6. nam si darentur in una Ecclesia plura beneficia quorum alia Jus conferendi spectaret ad certas dignitates, ut singulas, alia vero ad Capitulum, sicuti quando ageretur de prima specie beneficiorum illorum collatio esset in fructu illius certæ dignitatis, aut de beneficiis sunt annexa, ita quando ageretur de secundis ad Capitulum spectantibus, collatio esset fructus qualitatis Capitaliaris, ideoque licet Canonicus Guidus participet de aliqua specie fructuum, non potest tamen participare de illa quæ tantum competit Capitali, & personis in Sacris Ordinibus constitutis.

Hinc removetur alterum obiectum, quod hodie omnes fructus conversi sint in distributiones quotidianas, quarum ex Bulla Nicolai capaces fuit etiam non constituti in Sacris, nam cum de tali mutatione nullum exhibeatur documentum, dicendum est conversos esse in distributiones quotidianas illorum tantum fructus, qui sunt possibiles, & divisionis capaces, Jus autem conferendi non potest tali divisioni subiacere, cum non sit divisibile, & hoc fieri minime poterit contra mentem Pontificis, & naturam ipsius collationis, quæ tantum capitaliter erat faciendæ, & ab istis actibus capitalibus excluduntur in Sacris non constituti.

Neque talis restrictio contra non promotus ad Sacros Ordines hic fit per modum pænar, sed ratione incapacitatis, cum nihil retineatur, quod deberetur, vel auferatur, quod haberetur, sed non habitatur ad illorum perceptionem, nisi postea talem qualitatem Sacrorum Ordinum consecutum, & propterea ex hac quoque ratione cessat exceptio pro Canonico de Philippis desumpta ex necessario impedimento male valetudinis, quia ad effectum quod non sit promotus ad Ordines.

Et tanto minus suffragari visum est Indultum eidem concessum a Sanctissimo Domino Nostro feliciter regnante, quia illud tantum excusabat ab interstentia propter minus votantis, quod exercebat in Signatura Justitiæ, illumque reddebatur capax omnium fructuum, ac si personaliter residere, & propterea sicque si residere, ad defectum Sacrorum Ordinum, nihil, si quid minimum perciperet, ita ex tali indulto nihil ultra percipere potest, cum illud solum præservet Jus, quod habebat, & nihil de novo illi concedat, ideoque cum Canonicus de Philippo fuerit tantum dispensatus a residentia, non censetur tamen a fructibus

- 11.
- 12.
- 13.
- 14.
- 15.
- 16.

liquis impedimentis dispensatus, cum tunc requiratur dispensatione, quod sicut obtinuit, Geminian. conf. 33. nu. 8. Letter. de re benef. lib. 1. cap. 40. nu. 195. cum seqq. Franc. in c. non potest de prebend. in 6. Rota coram Garz. dec. 109. n. 6.

Obstat denique Canonico Gaido, quod talis vacatio event in hebdomada non sua, cumque Jus conferendi, quod habet Canonicus Turnarius à Capitulo limitatum reperitur ad tale tempus, ultra illud non debet extendi, & propterea non valente Canonico Turnario eo ejus incapacitatem conferre, remanet consumpta hebdomada eidem in Turno assignata, Gonzal. ad regul. Cancell. gloss. 45. n. 57. vers. Tertio quæro, & subintrat ex Jure proprio Capitulum in locum Canonici inhabilis, Sogal. ibidem n. 46. & de Luc. de benef. dist. 1. n. 9. 11. & seqq. aliis enim si unus Turnarius subintrare posset in locum alterius non capax, interveteretur totus ordo, & maxime orientur confusiones. Et ita omnibus auditis resolutum fuit &c.

R. P. D. P R I O L O.
Romana Clericatus Beneficiati Sancti Petri.
Lun. 3. Decembris 1696.

Argumentum in præcedenti Decisione repetitur.

S U M M A R I U M.

- 1 Jus conferendi beneficia Capitulo spectans, & distributum per hebdomadas inter Canonicos, exerceri non potest per Canonicum in Sacris non constitutum.
- 2 Declaratur vera et conclusio, quando collatio beneficii fieri debet per Canonicum Turnarium, scilicet autem si iste extra Capitulum debet tantum simplicem nominationem explere.
- 3 Ad dignoscendum an Canonicus Turnarius explere debeat collationem, seu potius nominationem ex observantia colligi potest quæ est omnino attendenda.
- 4 In capitulo Ecclesie S. Petri de Urbe adeo inconcussa observantia, quod Capitulum conferi beneficia, & Canonicus Turnarius tantum nominat, & nu. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 15. 16. & 17.
- 13 Declarantur Decisiones 275. 290. & 460. Durani.
- 14 Approbat deciso 600. p. 4. diversis.
- 15 Illatio in diversis fieri non debet.
- 17 Declarantur textus in Cap. fin. de præben. in 6.
- 20 Nominatio, quæ debetur ratione Canonice, solent semper extra Capitulum expleri.

D E C I S I O XXIV.

Pro revisione Decisionis editæ coram Me sub die 13. Maii proxime præteriti bis proposita Causa, nunquam capta fuit resolutio, imò ob gravitatem articuli data etiam facultate revidendi decisiones emanatas coram Gyptio inferioris examine, injunctum fuit, ut omnes DD. suffragium ferret, quibus hodie pro recessu responsum habui. Fundamentum præcedentis resolutionis, & Scribentium pro Hieronymo, in eo principaliter consistebat, quod cum jus conferendi Beneficia Vaticanæ Basilicæ ante turnaria divisionem totaliter resideret in Capitulo, & Capitaliter etiam expletur; hinc infereretur, idem Jus distributum fuisse inter eosdem Canonicos, qui, tanquam subrogati in locum Capituli, eodem modo conferre debebant, ac Capitulum, & consequenter incapaces remanisset illos Canonicos, qui non fuerunt constituti in Sacris, cum illi non minus priventur ex dispositione Bullæ Nicolai III. conformis etiam in hac parte cum Jure Communi in Clement. ut ii de etat. & quali., quam ex novissima sanctione Concilii Tridentini sess. 22. de reform. cap. 5. & ex resolutione etiam nostri Auditorii emanata cor. Durano dec. 275. 290. & 460.

Sed cum Scribentes pro Zaino præderent, quod Canonicis tantum nominant ad Beneficia vacantia, non verò illa conferent, allegando particularem observantiam ejusdem Basilicæ plurimum centenariam, quia de tali divisione, quomodo facta fuerit, nullum apparet Statutum, Concordia, vel aliqua specialis Constitutio; Ex supradictis duobus modis conferendi, DD. existimant, ultimum tantum esse simpliciter, & nudæ nominationis exerceri à Canonico Turnario Basilicæ S. Petri, alterum verò colla-

tionis expleri à Capitulo; non pro illa concurrunt tot adus inferioris recentendi complentes plurimum centenarium, quæ præsumere facit eam titulum; & propterea quando collatio facta per Canonicum Turnarium non est propria, & perfecta collatio, sed simplex nominatio, & actus merè extracapitalis, nec nullum dubium remanet, quod talis actus expleri potest etiam per Canonicum in Sacris non constitutum, imò non repugnat, quod exerceatur per personam exteras, laicas, & quod magis est, etiam per feminas, ut passim observatur in Beneficiis patronatis, tametsi habeantibus annexam Curam Animarum; Ad notata per Lap. alleg. 8. nu. 3. & alleg. 78. nu. 8. Gratian. cap. 482. n. 5. Rebuff. trad. var. denominat. q. 8. sub nu. 3. §. Unde consilium, Barbol. in Clem. ut ii de etat. & quali. num. 7. in fin., & in tract. de Canon. & Dignitat. cap. 37. n. 21. Garz. de Benef. p. 3. cap. 4. nu. 31., & p. 5. cap. 1. nu. 15., & in Colonien. Canonizat. 27. Junii 1685, & 17. Julii mensis 1687. coram Eminenti. Mediolanen., & in Erlingen. Canonizat. 4. Julii 1692. §. Prout non revetur, coram R. P. D. mo Molines.

Quod talis divisio ita facta fuerit, sicut comprobatum remanet ex juribus noviter deductis à Scribentibus pro Zaino, quæ non solum optime declarant etiam ea, quæ jam præcedenter producta fuerant, sed ad oculum demonstrant, ita semper prædicatum fuisse per spatium ferè duorum sæculorum; ideoque in casu præsentis cum non agatur de firmando in genere qualem actum exerceat, seu exercere debeant Canonicis in collatione Beneficiorum, sed de cognoscendo in concreto quid verè faciant Canonicis S. Petri; ex actibus inferioris recentendis dicendum est, prædictos Canonicos tantum nominare, & hanc specialem observantiam emanare de qua cum testentur decisiones coram Gyptio, ut dec. 15. circa princip. & nu. final. part. 3. rec. ubi — si adesset aliqua dubitatio, ex observantia subsequente bene voleretur, & prædictum fuerat in dec. 600. per tot., & dec. 603. num. 3. part. 4. diversis, illa unice venit attendenda ad resolutionem Cause, ut omnia generaliter in individuo probat Lotther. de re Benef. lib. 2. q. 2. sub nu. 42. §. Inferi quarto cum aliis seqq.; quia propter in præsentis casu non militat dispositio Bullæ Nicolai, neque Textus in d. Clem. ut ii, & minus relevant novissima dispositio Concilii, & postrema decisio coram Durano, quia istæ omnes procedunt in terminis veræ, & perfectæ collationis.

Primo enim exhibitæ fuerunt nonnullæ collationes factæ de annis 1592. & 1571. & 1580. per Canonicos in Sacris non constitutos, & data in Summario Zaini n. 8. cum quæ tales provisiones suum habuerint effectum, dicendum est, quod sint simplices nominationes, quæ alias contra expressam dispositionem Bullæ Nicolai non fuissent admittæ à cæteris de Capitulo, qui tanquam Canonici illius Basilicæ, quam idem Nicolaus vocat cæterum Ecclesiarum Spiritulam, & Exemplar, cum sint, & semper fuerint omni virtutis, & rerum Ecclesiasticarum experientia summo per insignes non tolerarent tot actus factos à Canonicis in Sacris non existentibus, si non agnovissent illos fecisse simplices nominationes, ne toties in Beneficiis illius Basilicæ repetitus fuisset adeo vitiosus ingressus ad Text. in cap. auditus de elect. Soccin. Sen. conf. 11. num. 4. vers. nec obstat lib. 1. Rot. cor. Manzaned. dec. 162. n. 7. in rec. dec. 410. n. 6. p. 18.

Sed hoc idem declarat nonnullæ antiquæ attestaciones trium Canonicoorum ejusdem Basilicæ S. Petri qui expressè testantur Canonicos Turnarios semper nominasse ad Beneficia in illorum hebdomada vacantia, & collationem deinde expletam fuisse à Capitulo, juxta consuetudinem ejusdem Ecclesie, cumque post lapsum tanti temporis, isti tantummodo actus reperci fuerint ex toto enunciatis in magna mole scripturarum in actis productarum coram Gyptio ut videtur esse in d. dec. 15. part. 3. rec. Etiam ex istis una cum decisionibus Rotalibus dicendum est tunc temporis ita conventum, & observatum fuisse, ne error præsumatur in personis de gremio Capituli bene informati, & de re ad eam dignitatem spectantē deponentibus, Felin. in c. coveniunt il primo num. 26. de test. & in c. cum causam 9. vers. sed dicit de probat. cum aliis deduct. per Rot. coram Soccin. dec. 1687. n. 22.

Imò cum hæc eadem controversia in specie orta fuerit usque de anno 1590. & ventilata in nostro Auditorio coram eodem Gyptio, similem habuit effectum, nam cum Magister Ceremoniarum de illo tempore omisset describere in tabella Turnaria ad collationem Beneficiorum

Canonicos Pallotam, & Verallum in Sacris non existentes, isti superventa vacatione Beneficii, consumptis omnibus Hebdomadis in Turno descriptis, ne ad novam deveniretur ipsi omnibus, reclamantur à tali descriptione, & tunc Sacra Rota in supradictis decisionibus emanatis coram Gyptio la 600. & 603 p. 4. d. vers. & d. 1. s. p. 3. rec. firmavit, quod attenda observantia favore Canonici in Sacris non constituitur per divisionem Turnariam non erat translatum in Canonicos jus conferendi, prout juriserat, ed sola, & simplex nominatio: quæ observantia, sicuti prævaluit de eo tempore, ita magis prævalere debet in presenti à saculo, & ultra iterum roborata, & postquam deperditæ sunt omnes ferè justificationes illam comprobantes.

Et tanto magis, quia de eodem tempore Capitulum per speciale Decretum ordinavit, quod imponeret in Tabella Turnaria omnes Canonicos ordine successivo describerentur, & in literis patentibus expressè adnotatum fuit, quod Capitulum ad nominationem Canonici Turnarii Beneficium conferbat, & talis tenor litterarum semper imponitur observatis fuit, ideòque etiam non adessent decisiones Gyptii, & enunciata in illis, fuisset in presenti non minus diversus modus conficiendi Tabellam, quam alius magis clarus modus expediendi litteras patentes ad firmandam observantiam ex post introductam, quæ cum non sit præscriptiva; neque impeditiva legis, minuscule de directo contraria dispositioni Bullæ Nicolai, vel Clementinæ ut n. aut sanctioni Conciliarium; Ibi enim nulla mentio fit de nominatione, de qua modo est questio, potuit introduci etiam minori tempore, & valet tribuere eius Canonico in Sacris non existentem pro futuris temporibus, ut communitur notant DD. in cap. litter. patent. de priviled. Speculat. tit. de citat. num. 3. in fine. Gonzal. ad reg. Cancell. §. 59. per tot. Lotter. de re Benef. lib. 2. q. 2. in 4. de Luc. de Benef. dist. 29. sub nu. 16. & dist. 32. nu. 8. cum seqq. Rot. coram Bich. decif. 241. n. 13. cum seqq. Coccin. dec. 233. nu. 2. cum seqq. Buratt. dec. 809. n. 2. & seqq.

Sed quod magis est etiam ex actibus inde sequenti probata fuerit ea, quæ respiciunt veram, & effectivam collationem semper remanisse penes Capitulum, & ab eodem accuratissime expletæ; à Capitulo enim deputati fuerunt Examinatores, qui nominatos per Canonicos examinarent, & de illorum idoneitate testarentur, ut ad Examinatorum quoque relationem litteræ concederentur, sicut in quacunque vacatione factum videtur, ut ex pluribus decretis ejusdem Capituli datis in Summar. Zaini num. 6. 7. & 21. sequuntur namque examine, Canonici congregantur & litteræ in loco Capitulari decernuntur, & signantur à Notario, & Secretario Canonicis non in Sacris nunquam intervenire dicitur, quia ab illis tanquam Capitalibus excelsus remanebat à Bulla Nicolai illi prohibente vo cem in Capitulo, sed tantum subjecerat propriam nominationem examini, & approbationi cæterorum de Capitulo. Si enim ille actus non dicitur perfectus, quando adhuc superest aliquid faciendum, quomodo dici potest vera collatio actus nominationis, quæ fit à Canonico, si postea tot, tantaque superstiti faciendæ ab universo Capitulo, & quæ dant etiam esse rei, quæ nominatio facta à solo Canonico, nullum produceret effectum, ex quo fit, ut actus Capituli, non autem illi Turnarii dicatur habere vim veræ, & perfectæ collationis, ut præcedenter dictum fuit coram Gyptio in decif. 600. sub nu. 3. vers. secundò dicebatur par. 4. d. vers. & in d. Frisingen. Canoniciatus 4. Julii 1692. §. Prout non moretur, coram R. P. D. meo Molines.

Hæc autem distinctio collationis, & nominationis, & quod una exerceatur per Capitulum, altera per Canonicum, comprobatur pariter ex decreto Cardinalis Archiepiscopi lato de anno 1591. in quo expressè contradistinctus actus nominationis factæ per Turnarium ab actu collationis expletæ per Capitulum, cumque talis enunciativa emanata in actu proportionato fit antiquissima excedens metam centum annorum, optime demonstrat usque de eo tempore, cuius naturæ sit actus gestus à Canonico in collatione Beneficii, non obstante quod Capitulum à dicto decreto appellaverit, quia reclamatio non cadit super enunciative ibidem contenta, & nullatenus impugnata in prosecutione iudicii, ita ut ex isto actu etiam per appellationem suspensio, & successivè revocato bene comprobari possit veritas facti, Rot. in dec. 148. p. 16. n. 1. Præterea Statutum jam à Capitulo factum circa usum

Tabellæ Turnariæ, subscriptum fuit etiam à Canonici in Sacris non existentibus, & alia de causa subscribi non potuit, nisi ex ratione conqualis interesse, quod ipsi quoque habebant, quia aliis superfluum fuisset, quod approbasset id, quod ad illos nihil interesse fuisset, non attento quod in Statuto Capitulari non fit expressè nominati Canonici ad Sacros Ordines non promitti; quia ultra quod hoc desumitur ex illorum subscriptione, nihilominus intentio Statuentium aperta remanet declarata ex subseq. quæ Tabella comprehendente etiam Canonicos in Sacris non constitutos.

Sed denuo totam hanc controversiam compilatam, & definitam habemus ab eodemdem Capitulo cum enim de anno 1615. vacaverit quoddam Beneficium in Hebdomada Canonici Binzoni, iste illud contulit Simeoni Palutio, & quia litteras patentes sub proprio nomine expediverat, & sibi arrogaverat non solum nominationem, sed collationem, & omnimodam ejusdem Beneficii dispositionem; Litteræ enim tali pacto conceptæ leguntur -- *Paulus Binzonis, &c. Cum itaque simplex Beneficium sit. vacaverit, & vacet ad præsentem. Nos ad quod collatio, provisorio, & omnimoda dispositio dicti simplis Beneficii spectat, & pertinet, tenore præsentium conferimus, & de illo providemus. Et Capitulo illas admittere noluit, & necessarium fuit deventur ad novam denominationem, quæ Capitulo præsentata, fuerunt expedite novæ litteræ patentes sub nomine ipsius Capituli, in quibus, præmissis quod collatio, provisorio, & omnimoda Beneficii dispositio ad ipsum spectabat, confertur deinde idem Beneficium supradicto Simeoni sub his verbis scilicet. *Tibi qui à supradicto R. D. Paulo nominatus fuisti per Examinatores dictæ Basilicæ idoneus reperitus fuisti, quæ enunciativa tanquam emanata ab ipso met Capitulo plenissime probat, cum nulla major dari possit probatio, quam proprii oris confessio.**

Quod magis comprobatur, quia quando Canonici independentes à Capitulo providere voluerunt illa Beneficia, quod simplex nominatio ad illos pertinebat, obtinuerunt speciale indulgentium à Papa, & vigore illius successivè sequuta fuit collatio, & expedite litteræ patentes sub nomine Canonici conferentis, & facta speciali mentione ipsius indultæ, ut videtur est in Summar. Zaini num. 23. ex quo evidens desumitur argumentum, quod Canonici Turnarii non habebat jus conferendi, dum illud procuravit ex speciali indulto, & privilegio Papæ ad Text. expressum l. 1. ff. de offic. eius. cui mand. est jurisd. Rot. in recent. dec. 493. n. 6. par. 13. & dec. 302. nu. 11. & 17. par. 16. & in Nullius Provincie Terracenen. super bo. more jur. 3. Aprilis 1694. S. Mujumadi quippe cor. bo. me. Emeris.

Uterius data fuerunt quamplura decreta ejusdem Capituli incipientia ab anno 1622. usque ad annum 1694. ut in Summar. Zaini n. 16. ex quibus colligitur, quod occasione nominationem factarum à Canonici, Capitulum se congregavit pro decernenda collatione, & inter dictas nominationes, nonnullæ etiam leguntur factæ à Canonici in Sacris non existentibus, aliæ ab absentibus per simplices epistolæ, & nonnullæ etiam vacationes denunciatae fuerunt ab eodem Capitulo Canonico Turnario, & in litteris responsionis successivè legitur, Canonici deventur ad nominationem fieri, juxta consuetudinem competentem, ita ut ex his actibus contradistinctis bene dignoscatur, Turnario etiam non in Sacris competeret solum nominationem, Capitulo vero effectivam collationem.

Ita pariter quando Capitulum voluit providere de aliquo Beneficio independentes à Canonico Turnario, per speciale decretum hoc sibi reservavit, re adhuc integra, & nulla facta nominatione per Canonicum, ut factum fuit de anno 1656. de quo tempore resolutum extitit, Beneficium S. Elenæ conferendum esse ab ipso Capitulo, etiam si vacuum fuisset in hebdomada cuicumque Canonici, excepta tamen hebdomada Cardinalis Archiepiscopi, quod sanè decretum Capitulum non fecisset, si totum jus conferendi translatum fuisset in Canonicos, sed quia vere inter illos solummodo divisum fuit jus nominandi, potuit Capitulum re integræ, & non exclusivè nominationem, illud sibi reasumere vigore juris conferendi sibi spectantis, cum jus conferendi fit potentius, & magis radicatum quam jus nominandi, ut eruitur ex Text. in c. in illis §. 1. de præben. in 6. & ex firmatis per Gonzal. in c. fact. in §. 1. de elect. & elect. post. & Rebuff. de nominat. q. n. 6.

Quod clarius evincitur ex aliis quoque collationibus

absolutè factis à Capitulo in casu absentia, vel negligentia Canonici Turnarii; de iure enim neglecta nominatione, eaque in tempore non facta, jus nominandi devolvitur ad superiorum tanquam Ordinarium Collatorem per Text. in c. 1. de concess. præben. & in c. præfragabili, ubique glis. verb. Capitulum de offic. Ordinarii, Rebuff. in præsent. Benef. tit. de devot. n. 24. vers. sed off. de Luc. de Benef. dist. 1. n. 28. cum seqq. Et idè tales collationes factæ fuerunt absque ullo decreto, ut in præcedenti, quod fieri non potuisset per Capitulum, si divisum, & translatum fuisset in ipsos Canonicos jus conferendi, quia in tali casu jus devolvebatur ad subseq. quentem in Turno, vel ad S. Sedem, & Capitulum dici non posset Superior, & Ordinarius Collator.

Ad cognoscendam hanc distinctionem multum demum facere visa est comparatio litterarum patentium, quæ expeditur à Capitulo cum illis Cardinalis Archiepiscopi iste enim cum in Constituit. Nicolai expressè nominetur, & per primam divisionem habeat per alternativas hebdomadas liberam, & omnimodam collationem illorum Beneficiorum in d. Basilica ad se spectantium, illam absolutè facit, & proprio etiam nomine litteras dirigit; ac teltatur sibi constituisse de idoneitate provis ad formam ejusdem Capituli, non autem simpliciter nominat, nec desuper in aliquo Capitulum se ingerit, prout succedit circa vacationes eventientes in hebdomada Canonico Turnario, quæ diversitas providendi manifestè demonstrat diversitatem divisionis Turni Archiepiscopi ab illa Canonico, ac fuisse inter Capitulum, & Archiepiscopus diu visum si pariter illud divisum fuisset, utique ad instar Archiepiscopi Beneficia absolutè conferent, eorumque actus nulla indigerent approbatione, sed collatione Capituli, quemadmodum non indigent actus collationis, qui sunt ab Archiepiscopo.

Attenta autem hac adeo longa, & inconcussa observantia, non applicantur decif. Durani la 275. 290. & 460. licet enim ibi DD. non placerint fundamenta decif. Gyptii, observandum tamen est, quod cor. Durano articulus fuit examinatus, prout de iure, juxta statum Ecclesiæ Leodiensis cuius formam in Canonico Turnario apparet translatum verum jus conferendi sine aliquo facto Capituli, Summar. Zaini n. 24. lit. B. cumque diversa sit consuetudo in Basil. S. Petri, ut superius demonstratum fuit, & in qua resolutio emanata cor. Gyptio unica, & fundamentaliter infitibatur, idè in casu decif. cor. Durano bene dictum fuit, facta mentione consuetudinis, quod cum Turnarius dicatur providere nomine, & vice Capituli non autem ut singularis Canonici, ita ut provisus habeatur ac si à Capitulo capitaliter facta fuisset sequitur ut subrogatus in locum Capituli induat illius personam, in cuius locum subrogatur, & consequenter cum jus conferendi residet in Capitulo, & sic inter personas capaces faciendi actus Capitalares, pertinere non possit ad aliquem non capaxem, & sic Canonico in Sacris non constitutum, & in his terminis procedunt Text. in c. fin. de præben. in 6. aliæque auctoritates allegatæ in superiori §. Fundamentum, & propterea Decisiones omnes in suo casu subsistunt; neque illæ Gyptii dici possunt antiquatæ, vel correctæ, sed quoad Basilicam S. Petri, (sunt cæteris aliis præferendæ.

Hinc cessant equivoca in decif. cor. adverso considerata; bene enim dici potuit in eisdem cor. Gyptio, & signanter la 60. p. 4. d. vers. quod non satis constabat, an jus conferendi spectaret ad Canonicos uti universos, vel potius uti singulos, & quod Constitutio Nicolai non esset in usu; nam cum ista emanaverit de anno 1278. per spatium trium sæculorum, de facili supponi poterat aliquod speciali indultum, ut inferiori demonstratibatur, præscribens novam formam conferendi, maxime quando observantia jam per tres decisiones conformes comprobata remanebat, si non contraria, quoad collationem, prout juris est, saltem diversa, quod nominationem, & favorabilis Canonici in Sacris non constituitis, ad cuius justificationem levior requirebatur probatio, cum nominatio respectu Collatoris sit modici præjudicii, ut notat Felin. in c. que in Ecclesiis de cons. si. alique citati in d. dec. 600. nu. 3. & nu. 5. vers. loquantur p. 4. d. vers. & decisiones cor. Cavalerio quod non usum d. Constitutis Nicolai, ex illarum lectura recognoscitur procedere, quoad alios effectus.

Et tanto minus procedit Constit. Pauli V. in qua sancitur, quod Bulla Nicolai per contrarium usum sublata non intelligatur, quia cum in ead. Bulla Nicolai nihil dispositum

fuerit, quoad modum facultati nominationes Canonicos in Sacris non existentes, dum istæ per eos successivo tempore factæ fuerunt, non dicuntur factæ contra tenorem Bullæ.

Minus obtare possunt nonnullæ collationes factæ ante ad decif. Gyptii, & modo etiam repetitæ, quæ quibus desumi prætendebatur, quod Canonici absolutè Beneficia conferant, ex quo in d. collationibus additum erat verbum collationis; nam ultra quod apud DD. semper æquivocum fuit, an tale verbum imporet potius veram collationem, vel simplicem nominationem; adhuc tamen semper necessaria fuit appositio manus Secretarii, & Notarii Capitalaris, quæ sufficeret ad demonstrandam imperfectionem actus per Canonico facti, ut refertur in d. dec. 600. num. 4. sed supponendum est adversus illas à Canonico non in Sacris producta fuisse alia clara documenta, quando Rota recessit in contraria opinione, & omnia acta exhibenda, si ex integro materia esset examinanda, fed iustitia dictarum decisionum nunquam melius comprobari potuit, quàm ex factis ipsius Capituli, nam ab ipso successivè reformatæ fuit Tabella Turnaria, & litteræ patentes imperfectionem expedite fuerunt, cum expressa declaratione, quod nominatio spectaret ad Canonicum, collatio vero ad Capitulum, & quoties contingit Canonico non in Sacri nominare, nominatio suam habuit effectum, & bene in presenti themate applicatur decif. in d. Frisingen. Canoniciatus 4. Julii 1692. §. Prout non moretur cor. R. P. D. meo Molines.

Neque obtat, quod in illa Ecclesia aderat particulare Statutum, quia hic concurrat particularis observantia, & pluraque centenaria per tres decisiones conformes etiam canonizata, quæ cum præbeat meliorem titulum de mundo, operatur ut per Canonico in Sacris non existentem allegari valeat possibilitas cuicumque tituli etiam præsumpti ad effectum valide faciendi talem nominationem, ut in fortioribus terminis notant auctoritates allegatæ in Cavalerio banualitatis furvi super manutentione s. bujus mensis §. Sed ultra titulum cor. Me.

Eoque magis quia cum in collationibus factis ante decif. Gyptii, & datis in Summar. Zaini n. 3. apparet (sunt verba ipsarum collationum) Turnarium consulisse Beneficia, nedum vigore turni, sed etiam vigore indulti d. Basilicæ, & Collatori Hebdomadari pro tempore existente concessorum, & successivè in d. dec. 600. sub n. 2. vers. 1. responsum expressè dicatur, ad d. divisionem eventum fuisse de voluntate Papæ, præsertim quia in tot literis collationum per ipsos Canonicos factarum asseritur, dictum jus illi uti singularis ex privilegiis, & antiqua consuetudine competeret, sequitur proinde, ut si modo d. privilegio ab injuria temporis deperditæ non exhibentur, possit ex illis, juncta adeo longævæ observantia desumi possibilitas pluraquam certa specialis hujus tituli ex superius ductis.

Nec ad infringendam talem observantiam allegari potest præsumptio juris favore Capituli, quia hæc procedere posset nisi ex publicis documentis toties repetitis constaret, inter Canonicos fuisse solummodo divisum jus nominandi.

Et tanto minus dici meretur, quod usus Tabellæ Turnariæ invaluit solum pro bona ratione dirigendi functiones Ecclesiasticas, ut uniusquique proprium munus sciat, & diem exerceat, cum de cætero Tabella non possit habitare incapaces, & sicuti describuntur Canonici non Sacerdotes ad officium Missæ, & non Diaconi pro Evangelio, licet isti adimplere non possint proprium munus, ita pariter dicendum sit de Collatione, ita Tabella tribuat solum habituale, non actualem aptitudinem; Nam ut probatum est, cum talis incapacitas non adesset in Canonico in Sacris non existente, quia de facto nominavit, Tabella Turnaria in his, quæ à iure non abhorrent, attendenda est, data in Canonico non in Sacris actuali aptitudine ex eadem Tabella exercere valet etiam habituale, nec à diversis fieri debet illatio, vulgata l. Papinianus ff. de minoribus.

Minus obtat, quod nominationes factæ, tam ante decif. Gyptii, quam post de annis 1671. 1677. & 1692. per Canonicos de Abaltempis, & Augustinum tunc in Sacris non existentes, non sint de Beneficiis Basilicæ, sed Exteris, quod ex observantia in uno casu introducta fieri non debeat extensio ad alium, cum tantum de potentia habere dicatur, quantum de actu; nam observandum est quod Pius IV. quando univ d. Beneficia externa, unionem fecit cum ead. lege Nicolai, ut videre est in Summar. n. 28. lit. A. & propterea eodem modo sunt providenda; sed quod omnem tollit difficultatem, cum nulla videatur differentia in ead.